DE
PRAEPOSITIONUM USU
ARISTOPHANEO.

SCRIPSIT

Sergyei Sobolevski

Sergius Sobolewski.

MOSQUAE.
Typis Universitatis Caesareae.
MDCCCXC.

PRAEFATIO.

Duo sunt, quae hoc libro tractanda mihi proposui: ut Aristophanis usum praepositionum quam diligentissime perscrutarer et iis locis, qui offerebantur, veras lectiones constituendo pro virili parte operam navarem. Ac de priore illo, quanti sit momenti cum ad universam linguae Graecae scientiam, tum ad Aristophanem ipsum et intellegendum et emendandum, quia notissima res est, supervacaneum existimo loqui. Potius igitur de ratione, quam in altera propositi parte secutus sum, paucis exponam. Meas coniecturas nullas fere protuli, ne in silvam, ut aiunt, ligna ferre viderer: tantam enim earum vim Germani Angli Batavi profuderant, ut eum numerum imminuendum coercendumque potius, quam ad immensum frustra augendum arbitrarer. Itaque sedulo operam dedi, ut meliorum codicum lectionem, Ravennatis et Veneti, nisi si aut grammaticae, aut metricae, aut sententiae repugnaret, quoad possem, mordicus tenerem. Quos ubi inter se discrepare videbam, Vahleno obtemperare optimum factu esse putavi, ita de hac re iudicanti (p. 23): „De codicum illorum aestimatione ita iudicamus universe neutrum alteri auctoritate praestare ut unicum testem cum fide sequi liceat, sed quoniam verum in utrolibet esse potest, utriusque scripturas libero iudicio expendendas et utram poeta digniorem esse rationes evincant retinendam“.

In locis afferendis secutus sum in Thesmophoriazusis, Ranis, Ecclesiazusis, Pluto Velsenum, in reliquis fabulis Meinekeum, in fragmentis Kockium. Alias quoque editiones consului, ut Bekkeri, Bergkii, Blaydesii, Bothei, Dindorfii (Parisiis apud Didotum), Elmslei, Engeri, Fritzschei, Hirschigii, Holdeni, Invernizii—Beckii—Dindorfii, Kockii, Merrii, Muelleri, Richteri, Teuffelii-Kaehleri; scholia affero secundum Duebneri editionem. Praeterea plus minusve usus sum cum aliis, tum his libris:

Alvin. De usu praepositionis παρά apud Thuc. Upsaliae. 1873.
Anz. Exercitationes criticae in Ar. Rudolstadt. 1871.
Bachmann. Coniecturarum observationumque Aristophanearum specimen I. Gottingae. 1878.
" Zur Kritik der Komoedien des Ar. (Philologus V Supplementband. Heft 2). 1889.
Bakhuyzen. De parodia in comoediis Aristophanis. Traiecti ad Rhenum. 1877.
Bamberg. Exercitationes criticae in Aristophanis Plutum. Berlin. 1869.
" Exercitationes criticae in Aristophanis Plutum novae. Gotha. 1885.
Bast. Commentatio palaeographica. Lipsiae. 1811.
Bernhardi. De incisionibus anapaesti in trimetro comico Graecorum (Acta societatis philologae Lipsiensis. Tomus I). Lipsiae. 1872.
Bernhardy. Wissenschaftliche Syntax der Griech. Sprache. Berlin. 1829.
Bossler. De praepositionum usu apud Pindarum. Darmstadii. 1862.
Christ. Metrik der Griechen und Römer. Leipzig. 1874.
Cobet. Variae lectiones. Lugduni—Batavorum. 1873.
Debbert. De praepositionum περί et ἀμφί usu Thucydideo. Regimonti Pr. 1880.
Fritsch. Vergleichende Bearbeitung der Griech. u. Lat. Partikeln. 2 Theil. Giessen. 1858.
Geyer. Observationes epigraphicae de praep. Gr. forma et usu. Altenburgi. 1880.
Golisch. De praepositionum usu Thucydideo. Part. I—VI. Schweidnitz. 1859—1877.
Grundström. De usu praep. πρός apud Thucydidem. Upsaliae. 1873.
Hanov. Exercitationum criticarum in comicos Graecos libri tres. L. I. Halis Saxonum. 1830.
Herwerden. Analecta critica ad Thuc., Lys., Soph., Aristoph. et comicorum Graecorum fragmenta. Traiecti ad Rhenum. 1868.
" Aristophanea (Hermes. 24 Bd.) 1889.
Kahle. De ἐπί praep. usu Euripideo pars I. Marburgi Cattorum. 1888.
Kock. Veri similia (Jahrb. f. class. Philol. VI Supplementband). 1872.
Kuemmell. De praep. ἐπί cum casibus coniunctae usu Thucydideo. Bonnae. 1875.

Lalin. De praepositionum usu apud Aeschylum. Upsaliae. 1885.
Lutz. Allgemeine Beobachtungen über die Präpositionen bei den Attischen Rednern. Würzburg. 1883.
Meineke. Vindiciarum Aristophanearum liber. Lipsiae. 1865.
Meisterhans. Grammatik der Attischen Inschriften. Berlin 1888.
Menge. De praepositionum usu apud Aeschylum. Gottingae. 1863.
Michael. Gebrauch der Präposition ἐπί bei Aristoph. Erlangen. 1885.
Mommsen. Beiträge zu der Lehre von den Griech. Präp. Frankfurt a. M. 1886.
Przybilla. De praep. κατά et ἀνά usu Lucianeo. Part. I. Regimonti Prussorum. 1883.
Rau. De praep. παρά usu (Curtius, Studien. III Bd.) Leipzig. 1870.
Reisig. Coniectaneorum in Ar. libri duo. L. I. Lipsiae. 1816.
Rosberg. De praep. apud Homerum, quae cum solo genitivi casu coniunguntur. II. Ἐκ, πρό, ἀντί. Upsaliae. 1870.
Rutherford. The new Phrynichus. London. 1881.
Schoemann. Animadversiones ad Ar. Acharnenses. Gryphiswaldiae. 1868.
Schumacher. De praepositionum cum tribus casibus coniunctarum usu Euripideo particula I. Bonnae. 1884.
Stahl. Quaestiones grammaticae ad Thuc. pertinentes. Lipsiae. 1886.
Thomaschewski. De praep. κατά vi et usu. Regimonti Pr. 1857.
(Vahlen.) Observationum Aristophanearum capita quaedam. Berolini. 1884.
Vogelreuter. De praepositionibus, quae cum ternis casibus construuntur, apud Ar. Regimonti Borussorum. 1884.
Wackernagel. Miscellen zur griech. grammatik. Die präposition οὕνεκα. (Kuhns Zeitschr. Bd. XXVIII.) Berlin. 1885.
Wecklein. Curae epigraphicae. Lipsiae. 1869.
Wrede. De origine praep. εἰς et varia apud Graecos scriptura. Monasterii. 1868.
Zacher. Die Handschriften und Classen der Aristophanesscholien (Jahrb. f. class. Phil. XVI Supplementband). 1888.

Quorum Michael et Vogelreuterus eandem mecum materiam tractarunt; sed quanti sint eorum opuscula, pauca exempla ostendent: nam cum alios errores multos nulloque pacto ferendos ad-

miserunt, poetae verbis perverse intellectis *, tum hoc gravissime peccarunt, quod ι finale dativi singularis elidi posse apud Ar. putaverunt in V. 487 ἐπὶ τυραννίδ' (ἐξ)εστάλης, cum τυραννίδ' pro dativo haberent (Vog. p. 15, Mich. p. 27).

„Nunc aliquis dicat mihi, Quid tu? nullane habes vitia? Imo alia, et fortasse minora". Itaque, si quid ipse erravi, ignoscent mihi, spero, qui illa G. Hermanni meminerint (Opusc. v. V, p. 50): „Vix quidquam tam lubricum est in syntaxi linguarum, quam hi loci, qui sunt de praepositionibus et de coniunctionibus".

---

* Ut Vog. in V. 1040 verba ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσι coniunxit cum κατακλινόμενοι (p. 9), in V. 1046 πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς cum ὄμνυσιν (p. 11). Similiter Michael in V. 705 ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν τιν' ἐπιρρύξας praepositionem putat genetivo iunctam esse.

E N.

De forma. Aristophanes semper formam ἐν usurpat, nisi quod uno loco N. 1159, ubi Strepsiades elatiore genere dicendi utitur, bisyllabam formam ἐνί admisit.

De usu. Semel tantum V. 437 ἐν in *tmesi* positum est: ἔν τί σοι παγήσεται, ubi ἐν recte scribi iussit Berglerus pro eo, quod in codicibus legitur ἔν: nec enim facile ne apud Homerum quidem dativus solus simplici verbo πηγνύναι adiungitur; compositum ἐμπηγνύναι cum dativo apud Ar. legitur etiam in A. 1226, similiter ἀντεμπηγνύναι cum dativo in A. 230. Ceteris omnibus locis ἐν cum casu coniungitur. Dicitur autem permultis significationibus, quae omnes ex una primaria profectae sunt.

I. Ac primum quidem ἐν praepositione Ar., ut alii, utitur ad *locum* significandum, ubi aliquid est aut fit. Cuius usus quattuor genera distinguenda sunt: primum enim indicatur rem in alia re esse vel ea circumdari („въ“), deinde rem *super* aliam versari vel ei impositam esse („на“), tum rem *iuxta* aliquid esse („при, у“), denique rem *inter* alias versari („между“). Quarum notionum secunda cum non tantum ipsa praepositione contineatur, quantum ex orationis contextu eruatur (ut quod ἐν γῇ est, aut in interioribus terrae partibus, aut in superficie terrae versatur, prout γῆν corpus solidum an planam formam intellegimus), idcirco haud raro difficile dictu est, utram de his duabus notionem „in“ an „super“ praepositio habeat.

1) Illud igitur, *in* quo aliquid est vel fit, potest esse locus, res, animans alia.

a) Ac primi quidem generis sunt nomina terrae, maris, coeli eorumque partium. Apud Ar. ἐν his nominibus eiusmodi iunctum invenimus:

ἀγορά: A. 21 ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι. 533 ἐν ἀ. μένειν. 728 ἵνα στήσω—ἐν ἀ. (τὴν στήλην). 838 ἐν τἀγορᾷ καθήμενος. 848 ἐντυχὼν ἐν τἀγορᾷ. 855 ἐν τἀγορᾷ (σκώψεται).

E. 293 ἐν τἀγορᾷ — τέθραμμαι. 636 ἀγορά, — ἐν ᾗ — ἐπαιδεύθην 677 ὅσ' ἦν ἐν τἀγορᾷ. 1009 μετρούντων τἄλφιτ' ἐν ἀ. 1245 ἐν ἀ. ἠλλαντοπώλεις. 1258 ἐν τἀγορᾷ — κρινόμενος ἐβοσκόμην. 1373 οὐδ' ἀγοράσει γ' ἀγένειος οὐδ' ἐν τἀγορᾷ. Ita hic versus ex emendatione Hermanni scriptus est; in libris contra numeros legitur ἐν τ' ἀγορᾶι οὐδείς et οὐδεὶς ἐν τἀγορᾷ, unde vulgata scriptura οὐδεὶς ἐν ἀ. orta est, quae procul dubio est retinenda: nam quid sibi velit alterum οὐδέ in Hermanni emendatione („ne in foro quidem"), equidem non intellego; Kockii autem mutatio ἐν τἀγορᾷ τ' ἀγένειος οὐδεὶς ἀγοράσει et a libris longius quam vulgata abest, et οὐδέ, quo negativa sententia v. 1373 negativae sententiae v. 1370 recte in libris iungitur, male omittit. (Cf. tamen Aesch. Prom. 174). Quam cupidi vero fuerint librarii articuli etiam contra numeros inserendi, bene docet Bachmannus p. 36 sq. Ceterum ἀγοράζειν hic esse „contionari" neque ἐν ἀγορᾷ otiosum esse additamentum, ex vv. 1383 et 1374 patet. Cf. Anz. p. 11, cui non assentior.

N. 1055 ἐν ἀ. τὴν διατριβήν.

V. 492 τοὔνομ' αὐτῆς ἐν ἀ. κυλίνδεται. 1372 ἐν ἀ. τοῖς θεοῖς δᾷς κάεται.

Pl. 787 περιεστεφάνωσεν ἐν ἀ.

Fr. 111 ἐν ἀ.—πλάτανον—διαφυτεύσομεν (ubi διαφυτεύσομεν corruptum esse dicit Kockius).

ἀγρός: P. 707 ἐν τοῖς ἀ. ταύτῃ ξυνοικῶν. 866 ἐν τοῖς ἀ.—ὄντας. 1249 τὰ σῦκ' ἐν ἀγρῷ τοῖς οἰκέταισιν ἱστάναι.

Pl. 224 ἐν τοῖς ἀ.—ταλαιπωρουμένους.

Fr. 387, 2 οἰκεῖν—ἐν ἀγρῷ—ἐν τῷ γηδίῳ, ubi Kockius annotavit: „οἰκ. ἐν ἀ. ἐν τ. γ. manifesto corrupta sunt", legendumque censuit οἰκεῖν μὲν ἀβροδίαιτον ἐν τῷ γηδίῳ.

ἄλοξ: Av. 234 ἐν ἄλοκι—βῶλον ἀμφιτιττυβίζετε.

ἄρουρα: R. 1533 μαχέσθω—πατρίοις ἐν ἀρούραις.

ἄστυ: Av. 494 ὑπέπινον ἐν ἄστει.

βένθος: R. 667 γλαυκᾶς μέδεις ἁλὸς ἐν βένθεσιν.

βυθός: E. 609 ἐν βυθῷ—διαφυγεῖν τοὺς ἱππέας.

R. 247 ἐν β. χορείαν—ἐφθεγξάμεσθα.

γαῖα: Av. 1064: ἐν γαίᾳ—καρπὸν ἀποβόσκεται.

γ ῆ: A. 534 μήτε γῇ—μήτ' ἐν θαλάττῃ—μένειν, ubi praepositio ad prius quoque vocabulum pertinet, ut in E. 610. Av. 740.

E. 598 τἀν τῇ γῇ. 610 μήτε γῇ μήτ' ἐν θαλάττῃ διαφυγεῖν τοὺς ἱππέας.

V. 22 ἐν γῇ—ἀπέβαλεν — τὴν ἀσπίδα. 678 πολλὰ — ἐν γῇ — πιτυλεύσας.

γ ή δ ι ο ν: Fr. 387, 2: οἰκεῖν—ἐν τῷ γ.

δ ε ῖ γ μ α (locus quidam in Athenarum foro situs, in quo mercium specimina proponebantur): E. 979 ἐν τῷ δ. τῶν δικῶν—ἀντιλεγόντων.

ἐ κ κ λ η σ ί α: E. 76 ἔχει τὸ σκέλος — ἐν τἠκκλησίᾳ. 1340 ὁπότ' εἴποι τις ἐν τἠκκλησίᾳ.

P. 667 ἀποχειροτονηθῆναι—ἐν τἠκκλησίᾳ. 931 ὅταν ἐν τἠκκλησίᾳ—λέγῃ τις.

L. 390 ὧν—ἐν τἠκκλησίᾳ.

Ec. 135 οὐ πίνουσι κἀν τἠκκλησίᾳ; 188 μισθοφορεῖν ζητοῦντας ἐν τἠκκλησίᾳ. 191 τοῦτ' εἶπας ἐν τἠκκλησίᾳ. 249 ἀντερεῖς ἐν τἠκκλησίᾳ.

Pl. 330 ὠστιζόμεσθ' — ἐν τἠκκλησίᾳ.

ἐ ρ η μ ί α: Av. 1483 ἔστι χώρα—ἐν τῇ λύχνων ἐρημίᾳ, ubi ἡ λύχνων ἐρημία pro terra aliqua habetur.

θ ά λ α τ τ α: A. 534 μήτε γῇ—μήτ' ἐν θ.—μένειν.

E. 610 μήτε γῇ μήτ' ἐν θ. διαφυγεῖν τοὺς ἱππέας.

V. 23 ἐν γῇ τ' ἀπέβαλεν—κἀν τῇ θ. τὴν ἀσπίδα.

κ ῆ π ο ς: N. 271 ὠκεανοῦ πατρὸς ἐν κήποις ἱερὸν χορὸν ἵστατε νύμφαις.

Av. 159 νεμόμεθα—ἐν κήποις.

λ ί μ ν η: R. 233 ὃν (=δόνακα)—ἐν λίμναις τρέφω.

ν ά π η: Av. 740 νάπαισί τε κορυφαῖσίν τ' ἐν ὀρείαις μελέων νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω, ubi praep. ad primum quoque vocabulum pertinet.

ν α υ π ή γ ι ο ν: Av. 1157 ἦν—ὁ κτύπος—ὥσπερ ἐν ναυπηγίῳ.

ν ῆ σ ο ς: V. 639 κἀν μακάρων δικάζειν—νήσοις.

ὁ δ ό ς: E. 348 λαλῶν ἐν ταῖς ὁ.

N. 362 βρενθύει—ἐν ταῖσιν ὁ. 964 βαδίζειν ἐν ταῖσιν ὁ.

V. 542 σκωπτόμενοι - ἐν ταῖσιν ὁ. ἁπάσαις.

L. 523 ἐν ταῖσιν ὁ.—ἠκούομεν.

Ec. 773 λέγουσι—ἐν ταῖς ὁ.

οὐρανός. Kuehnerus (p. 402) et Papeus (Lex. I p. 821) dicunt ἐν in locutione ἐν οὐρανῷ esse „iuxta" idque germanice vertunt „am Himmel"; quod equidem miror. Nam ἐν οὐρανῷ eadem ratione dicitur atque ἐν ὁδῷ, ἐν ἀγρῷ neque ullo pacto eo referri potest, quo ἡ ἐν Σαλαμῖνι μάχη similia referuntur. Iam sequuntur loci.

A. 534 ἐν οὐ. μένειν.

V. 22 ἐν γῇ τ' ἀπέβαλεν κἀν οὐ.—τὴν ἀσπίδα.

Av. 1234 τοῖς ἐν οὐ.—θεοῖς.

πατρίς: A. 168 πάσχοντα—ἐν τῇ π.

πεδίον: Av. 506 τοὺς πυροὺς—ἐν τοῖς π. ἐθέριζον.

πόλις: A. 642 τοὺς δήμους ἐν ταῖς π. δείξας ὡς δημοκρατοῦνται. E. 267 ἐν πόλει ἱστάναι μνημεῖον. 385 ἦν ἄρα πυρός γ' ἕτερα θερμότερα καὶ λόγων ἐν πόλει τῶν ἀναιδῶν ἀναιδέστεροι. 477 τὰς ξυνόδους τὰς νυκτερινὰς τὰς ἐν πόλει. Ita hunc versum Meinekeus scripsit ex emendatione Cobeti; in libris legitur ἐν τῇ πόλει in Rav. et ἐπὶ τῇ πόλει in reliquis, unde Meinekeus in ann. cr. coniecit τὰς ἐπὶ πόλει, Kockius autem articulo τάς deleto edidit ἐπὶ τῇ πόλει, quod germanice interpretatur „zum Umsturz der Staatsverfassung". Quae coniectura, quamvis lenis sit bonumque sensum praebeat, duabus de causis suspecta mihi est, etsi rem non satis exploratam habeo: primum enim quaerendum est, num possit articulus τάς ante ἐπὶ τῇ π. omitti: nam si aliquot attributa substantivum, articulo instructum, sequuntur, unumquodque eorum articulum sibi asciscere solet (v. Kuehneri II, § 463, 7, d). Cf. P. 241. Th. 29 — 30, 31. Deinde dubium mihi videtur, num unquam ἐπὶ τῇ πόλει sensu „contra rempublicam (coniurare)" dicatur: solent enim hoc sensu Attici ἐπὶ τῷ δήμῳ (Ar. E. 236. Thuc. 6, 61, 1) vel ἐπὶ δήμου καταλύσει (Thuc. 6, 28, 2) dicere. Idem cadit in Meinekei coniecturam τὰς ἐπὶ πόλει, in qua etiam πόλει sine articulo positum offendit. Nam ubi hoc verbo Athenae ipsae significantur, Ar. semper fere articulum ei addere solet, sive id nudum, sive adiecta praepositione positum est, ut ἐν τῇ πόλει hoc sensu legitur in E. 839. 863. 981. 1302. V. 651. P. 704. R. 692. Ec. 53. 104. 456. Pl. 407; ἐκ τῆς πόλεως: E. 796. L. 575; περὶ τὴν πόλιν: A. 663. 697. E. 812; περὶ τῆς πόλεως: A. 499. R. 1436; sine articulo bis hoc verbum inveni: ἐν πόλει E. 385 in carmine chorico et κατὰ πόλιν Ec. 557: utrumque locali sensu dictum est. Ubi vero πόλις arcem Athenarum (ἀκρόπολις) designat, si praepo-

sitioni locali significatu iungitur, semper sine articulo ponitur, ut ἐν πόλει: E. 267. L. 245. 317. 754. 758. 1183; εἰς πόλιν: L. 802. 338. 912. Th. 812 (?), quo loco etiamsi πόλις ipsas Athenas significat, articuli omissio anapaestis excusari potest; ἐκ πόλεως: E. 1093; πρὸς πόλιν: N. 69. L. 266. 288. Quae cum ita sint, eius versus, unde profecta est haec tota quaestio, omnium optima videtur Cobeti emendatio, a Meinekeo in exemplum recepta, modo ἐν πόλει „in arce" intellegamus. — 839 et 1302 τάν τῇ π. 863 ἐν 863 ἐν τῇ π. ξυνιστάμενον. 981 εἰ μὴ 'γένεθ' οὗτος ἐν τῇ π. μέγας. 1262 μηδέν' ἀνθρώπων ἐμοῦ ἰδεῖν ἀμείνω 'ν τῇ Κεχηναίων πόλει, ubi praepositio, in libris omissa*, a Meinekeo recte adiecta est: non enim agi de utilitate, quam isiciarius civitati allaturus sit, sed de benevolo in Demum animo (Vind. p. 66). Cuius sententiam impugnat Bachmannus (p. 116 sq.): coniectura illa licet lenissima opus non esse, sed dat. τῇ K. π. pendere e v. ἀμείνω (ut Th. 832: εἰ τέκοι τις ἄνδρα χρηστὸν τῇ πόλει), ut idem valeat atque περὶ τὴν πόλιν „erga civitatem" (cf. Ach. 663. 698. Eq. 764. 831. Pl. 568 [sic enim scribendi sunt numeri, non Ach. 603 et Pl. 658, quod typothetae errore in Bachmanni librum irrepsit]), isiciarius igitur dicatur ἀγαθὸς πολίτης pariter atque v. 944. Haec ille. Ego vero haud scio an soloecum sit verbo ἀγαθός, ubi quidem „bonus", non „utilis" significet, dativum solum iungere: nam et Aristophanes et alii, quod sciam, solent hoc sensu ei περί c. acc. addere (v. infra in hac praep.). Quod autem Bachmannus ad confirmandam sententiam suam Th. 832 affert, ubi χρηστός dativo iunctum esse putat, quid impedit, quominus hic τῇ πόλει non ad adiectivum, sed ad verbum τέκοι referamus, ut sit: „si qua bonum civem reipublicae pariat"? Quae opinio non mediocriter iis quae sequuntur confirmari mihi videtur: εἰ δὲ δειλὸν καὶ πονηρὸν ἄνδρα τις τέκοι γυνή (v. 836), ubi adiectiva absolute posita sunt. Neque in Pac. v. 910 sq. ἦ χρηστὸς ἀνὴρ πολίταις ἐστὶν ἅπασιν ὅστις γ' ἐστὶ τοιοῦτος dativus ex adiectivo pendet, sed proprie ad v. ἐστίν pertinet, ut in v. 914 σωτὴρ ἅπασιν ἀνθρώποις γενένησαι si verbum abesset, vix dativus retineri posset.

---

* Quam facile praepositiones, propter aphaeresin per unam litteram scriptae ('ν, 'κ), in codicibus omittantur, cum aliis locis satis perspicitur (velut E. 367. 1049. 1262. N. 272. 592. Pl. 312. Fr. 107. 2), tum luculentissime in V. 432, ubi pro τὠφθαλμὼ 'ν κύκλῳ Rav. praebet τὠφθαλμὼν κ., ceteri τὠφθαλμὼ κ.

V. 651 νόσον—ἐν τῇ π. ἐντετοκυῖαν.

P. 704 γενενῆσθ' ἐν τῇ π.

Av. 509 εἰ—βασιλεύοι ἐν ταῖς π.

L. 245 ταῖσιν ἐν πόλει. 317 τῶν ἐν πόλει γυναικῶν. 754 μ' εἰ καταλάβοι ὁ τόκος ἔτ' ἐν πόλει. 758 κοιμᾶσθ' ἐν πόλει. 1183 ἕως ἂν—ὑμᾶς ἐν πόλει ξενίσωμεν.

R. 692 ἄτιμον—μηδέν' εἶναι 'ν τῇ π. Cf. Bamberg. 1885, p. 12. 1010 βελτίους — ποιοῦμεν τοὺς ἀνθρώπους ἐν ταῖς π. 1431 (qui v. Aeschyli est) σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν. 1432 Λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν.

Ec. 53 ὅ τι πέρ ἐστ' ὄφελος ἐν τῇ π. 104 πράττει τὰ μέγιστ' ἐν τῇ π. 456 τοῦτο μόνον ἐν τῇ π.—γεγενῆσθαι.

Pl. 407 τίς δῆτ' ἰατρός ἐστι—ἐν τῇ π. 567 σκέψαι ἐν ταῖς π. τοὺς ῥήτορας.

προχοή: N. 272 εἴτ' ἄρα Νείλου 'ν προχοαῖς ὑδάτων χρυσέαις ἀρύεσθε πρόχοισιν. A codicibus praepositio abest, inserta est a Meinekeo. Neque vero contemnendam ducerem Panschii coniecturam (v. N. Jahrb. f. Philol. 1876. v. 113. p. 208): ἢ παρὰ N. πρ., quod a librorum litteris non multum abest, si modo apud Atticos scriptores exstarent exempla παρά praepositionis, sensu „*in* aliquo loco“ dictae; at non exstant (Vide Rau. § 17). Nam in iis, quos Panschius confert, locis Aesch. Septem 374 [392] παρ' ὄχθαις ποταμίαις et Soph. Tr. 524 τηλαυγεῖ παρ' ὄχθῳ praepositio παρά, ut alibi, „apud“ significat vel potius „in acclivitate (collis)“, quod a nostro loco alienum est. Kaehlerus praepositione nihil opus esse censet, quia προχοαῖς dativus loci sit: sed neque alibi apud Ar. ita dativus sine praepositione legitur (v. Kr. II, 46, 2, 2. Kuehner. § 426, 1), neque hic aptus est, cum duo dativi antecedant, praepositionibus instructi. Quae cum ita sint, Meinekei coniecturam, ut lenissimam, accipiendam puto.

τέλμα: Av. 1593 ὕδωρ ἂν εἴχετ' ἐν τοῖς τ.

τετράπ(τ)ολις: L. 285 μὴ — ἐν τετραπτόλει τοὐμὸν τροπαῖον εἴη. Ita edidit Mein., in Vindiciis autem (p. 122) poenitere se ait hoc Aristophani reliquisse censetque scribendum esse ἐν τῇ τετραπόλει, quod illud neque quotidiani sermonis sit neque codicum scriptura nitatur, quorum Rav. ἐνγέτεραπόλει habet, alii ἐν τετραπόλει.

τόπος: Th. 663 ἐν τόποις ἑδραῖος—ὤν.

χωρίον: E. 750 οὐκ ἂν καθιζοίμην ἐν ἄλλῳ χ. 1077 βότρυς τρώγουσιν ἐν τοῖς χ.

Th. 1060 ἐν τῷδε ταὐτῷ χ. Εὐριπίδῃ—ξυνηγωνιζόμην.

χώρα: V. 662 κοὔπω πλείους ἐν τῇ χ. κατένασθεν.

L. 524 οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ἐν τῇ χ. 566 παῦσαι τεταραγμένα πράγματα πολλὰ ἐν ταῖς χ.

Jam sequuntur *nomina propria* locorum.

Ἀθᾶναι sive Ἀθῆναι: A. 729 ἀγορὰ 'ν Ἀ. 829 οἷον τὸ κακὸν ἐν ταῖς Ἀ.—ἔνι. 900 ὅ τι γ' ἐν Ἀ. (ἔστιν).

E. 1037 τέξει—λέονθ' ἱεραῖς ἐν Ἀ. 1323 ἐν ταῖσιν ἰοστεφάνοις οἰκεῖ ταῖς ἀρχαιαῖσιν Ἀ.

Αἴγυπτος: N. 1130 κἂν ἐν Αἰγ. τυχεῖν ὤν.

Ἄργος: E. 464 ἐν Ἄ. μ' οἷα πράττει. Ita emendavit Porsonus mendosam codicum lectionem μ' ἐν Ἄ. οἷα πρ. Qua emendatione in exemplum recepta Mein. in ann. cr. praefert Dobraei coniecturam μ' ἐν Ἀργείοις ἃ πρ.

Βυζάντιον: N. 249 τῷ γὰρ ὄμνυτ'; ἢ σιδαρέοισιν ὥσπερ ἐν Β.;

Γέλα: A. 606 τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ κἀν Γέλᾳ.

Δελφοί: V. 159 ὁ—θεὸς—μοὔχρησεν ἐν Δ.

Διόμεια: R. 651 Ἡράκλεια τἀν Δ.

Ἐκβάτανα: E. 1089 ἐν Ἐ. δικάσεις.

V. 1143 ἐν Ἐ. ταῦθ' ὑφαίνεται. 1144 ἐν Ἐ. γίγνεται κρόκης χόλιξ.

Θρᾴκη: A. 136 ἦμεν ἐν Θ.

Καμάρινα, Καταγέλα (urbs ficta): A. 606 τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ κἀν Γέλᾳ κἀν Καταγέλᾳ.

Κλεωναί: Fr. 688 ἐν—Κ. ὀξίδες εἰσίν.

Κόρινθος: Pl. 173 τὸ—ἐν Κ. ξενικόν. 303 τοὺς ἑταίρους τοῦ Φιλωνίδου ποτ' ἐν Κ. ἔπεισεν.

Κύπρος: Th. 446 ἀπέθανεν ἐν Κ.

Λακεδαίμων: Av. 1012 ὥσπερ ἐν Λ. ξενηλατεῖται.

L. 994 τὰ πράγματα—τἀν Λ.

Λίμναι: R. 216 ἦν—ἐν Λίμναισιν ἰαχήσαμεν.

Πειραιεύς: P. 145 ἐν Π. δήπου 'στὶ Κανθάρου λιμήν. 165 χέζων ἐν Π.

Πνύξ: E. 749 διάκρινον—πλὴν μὴ 'ν τῇ Πυκνί. 1137 τούσδε—τρέφεις ἐν τῇ Π.

V. 31 ἐν τῇ Π. ἐκκλησιάζειν.

P. 680 τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ Π.

Ec. 243 ᾤκησ' ἐν τῇ Π.

Πύλος: E. 76 ἔχει—τὸ σκέλος ἐν Π. 355 τοὺς ἐν Π. στρατηγούς.

L. 104 ὁ δ' ἐμὸς (ἀνὴρ)—ἐν Π. (ἄπεστιν).

Πύλαι: L. 1131 βωμοὺς περιρραίνοντες—ἐν Π.

Σαμοθρᾴκη: P. 277 ἐν Σ. μεμυημένος.

Σάμος: L. 313 τῶν ἐν Σ. στρατηγῶν.

Σύβαρις: 1434 ἐν Σ. γυνή ποτε κατέαξ' ἐχῖνον.

Φαναί (locus fictus): Av. 1694 ἔστι—ἐν Φαναῖσι—γένος.

Huc pertinent etiam nomina *fororum*, ubi aliquid venit. Quos locos ideo seorsum tractare statui, quod illud singulare habent, ut ex communi more verborum pro foro ea quae ibi veneant dicantur (cf. Reisig. C. p. 241).

E. 1375 τὰ μειράκια — τἀν τῷ μύρῳ, ubi schol: οὕτως Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ἐν μυροπωλείῳ, ἀπὸ τῶν πωλουμένων τοὺς τόπους καλοῦντες.

V. 789 διεκερματίζετ' ἐν τοῖς ἰχθύσιν.

L. 557 κἀν ταῖσι χύτραις καὶ τοῖς λαχάνοισιν περιέρχεται, ubi in libris vice versa priore loco καί, altero κἀν positum est, unde alii sedes eorum mutaverunt, alii utrobique κἀν scripserunt.

Th. 448 στεφανηπλοκοῦσ' ἐν ταῖς μυρρίναις, ubi Fritzscheus: „Mire fallitur, inquit, Schol. Rav., si quidem haec verba ita interpretatur, διὰ μυρρινῶν στεφάνους ποιοῦσα". Hunc qui semper impugnat Engerus: „At recte, inquit, scholiasta, qui hoc vult: ἐν μυρρίναις sedet, quia *myrteas* coronas nectit. Non recte igitur G. Bekkerus in Charicle I, p. 278 [p. 161 editionis a Goellio retractatae] statuit, forum ubi coronae vendebantur, μύρριναι (sic!) esse nominatum". Hunc vero refutat God. Hermannus (Opuscul. v. VIII, p. 299), qui eius interpretationem scholii „ganz unstatthaft" vocat Fritzscheique explanationem („in foro, ubi myrteae coronae venduntur") veram esse vel ex v. 457 apparere dicit, ubi mulier: ἀλλ' εἰς ἀγορὰν ἄπειμι, inquit, δεῖ γὰρ ἀνδράσιν πλέξαι στεφάνους κτλ.

Ec. 302 καθῆντο—ἐν τοῖς στεφανώμασιν.

b) Venio ad eos locos, in quibus ἐν iunctum est *rei*, quo aedificia, vasa, libros et id genus alia refero. Ordiamur igitur ab *aedificiis*, si placet.

ἄντρον: Av. 1097 χειμάζω — ἐν κοίλοις ἄ.

Th. 1019 τὰν ἐν ἄντροις.

αὐλή: Av. 1085 εἰργμένους ἐν αὐλῇ.

βαλανεῖον: E. 1060 τὰς πυέλους καταλήψεσθ' ἐν βαλανείῳ.

L. 574 πόκου ἐν βαλανείῳ ἐκπλύναντες τὴν οἰσπώτην.

βουλή: E. 722 ἐν βουλῇ με—καθυβρίσαι.

γράμμα (quod pro δικαστήριον dictum est): Ec. 683 ἐν ὁποίῳ γρ. δειπνεῖ.

Pl. 972 ἔπινες ἐν τῷ γρ. 1167 ἐν πολλοῖς γεγράφθαι γρ.

γυμνάσιον: N. 1002 ἐν γυμνασίοις διατρίψεις.

δόμος: A. 543 καθῆσθ' ἂν ἐν δόμοισιν.

δῶμα: N. 1159 τρέφεται τοῖσδ' ἐνὶ δώμασι.

δωμάτιον: Ec. 8 κἀν τοῖσι δωματίοισιν Ἀφροδίτης τρόπων πειρωμένοισι πλησίον παραστατεῖς.

ἕδρα (quod hic „templum" significat): R. 324 πολυτίμοις ἐν ἕδραις—ναίων.

εὔστρα: E. 1236 ἐν ταῖσιν εὔ. κονδύλοις ἡρμοττόμην.

ἡλιαία: E. 897 ἐν ἡλιαίᾳ βδέοντες.

θάλαμος: L. 593 ἐν τοῖς θ. γηρασκουσῶν.

θύραι: P. 179 τίς ἐν Διὸς θύραισιν (sc. ἐστί); quod est „quis tutelam ianuae gerit?" ubi potius θύραι non ianuas ipsas, sed aditum significare crediderim, quam ἐν esse „apud", ut si urbi vel insulae iunctum esset.

ἱερόν: Av. 525 βάλλουσ' ὑμᾶς κἀν τοῖς ἱ., πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν δ' ὀρνιθευτὴς ἵστησι βρόχους. Vulgo comma post ὑμᾶς ponitur, Meinekeus autem Bergkio praeeunte verba κἀν τοῖς ἱ. praecedentibus iungit (ut sit „in templis adeo"): neque enim probabile esse, aucupes in templis retia tetendisse. Quo facto, ut asyndeton vitaret, necessario δ' inseruit post ὑμῖν, non satis idoneo loco, ut mihi videtur. Sed nihil temere est mutandum. Nam si Ion apud Euripidem (v. 158) avibus, ad templum advolantibus, minatur, se eas sagittis petiturum, quid mirum, si retia quoque ibi tendebant aucupes? (v. Kock. ann. et Mein. Vind. p. 93).—1109 ἐν ἱεροῖς οἰκήσετε.

Th. 965 κακῶς ἐρεῖν ἐν ἱερῷ—ἄνδρας.

R. 1080 τικτούσας ἐν τοῖς ἱ.

καπηλεῖον: Ec. 154 ἐν τοῖς καπηλείοισι λάκκους ἐμποιεῖν ὕδατος.

κασωρεῖον: E. 1285 ἐν κασωρείοισι λείχων τὴν ἀπόπτυστον δρόσον.

κούρειον: Av. 1441 ὅταν λέγωσιν—ἐν τοῖς κ.

Pl. 338 λόγος—ἦν—ἐν τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων. In libris pro ἐν legitur ἐπί, quae praepositiones quam saepe confundantur inter omnes constat (V. Cobeti V. L. p. 282, qui et alia multa

exempla huiusmodi congessit et hunc locum Porsono praeeunte emendavit). Idem apparet ex E. 477, ubi, ut supra dixi, codices ipsi fluctuant. Sed „de hominibus dicunt ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν τῇ Πυκνί, ἐν τῷ κουρείῳ: de avibus vero ἐπί etc.“ (Hirschigius in Philologi v. 5, p. 281).

οἰκία: A. 975 τὰ μὲν ἐν οἰκίᾳ.

V. 827 τί τίς κακὸν δέδρακε τῶν ἐν τῳκίᾳ;

Ec. 211 ἐν ταῖς οἱ. ταύταις ἐπιτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα.

οἶκος: N. 600 οἶκον, ἐν ᾧ κόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβουσιν.

πρόθυρον: V. 803 (ὡς) κἂν τοῖς π. ἐνοικοδομήσοι πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ δικαστηρίδιον.

Ec. 709 ἐν τοῖς π. δέφεσθαι.

πρυτανεῖον: E. 167 ἐν πρυτανείῳ λαικάσει. 535 πίνειν ἐν τῷ π. 709 τἀν πρυτανείῳ σιτία. 766 δειπνεῖν ἐν τῷ π.

P. 1084 δειπνήσεις—ἐν πρυτανείῳ.

R. 764 σίτησιν ἐν πρυτανείῳ λαμβάνειν.

πυργίδιον: E. 793 οἰκοῦντ' ἐν ταῖς πιθάκναισιν καὶ γυπαρίοις καὶ πυργιδίοις.

πύλαι: R. 1094 ἐν ταῖσι π. παίουσι.

ᾠδεῖον: V. 1109 ἐν ᾠδείῳ δικάζουσι.

Quando aliquid dicitur „domi alicuius esse“ vel domum domove alicuius ire, solent Graeci domum omittere, ut praepositio genetivo personae, sive id nomen proprium, sive appellativum est, adiuncta esse videatur. Similiter templum et pagus (δῆμος) omittitur. Cuiusmodi exempla, ubi ἐν genetivo personae iunctum est, apud Ar. haec habemus.

E. 79 ὁ νοῦς—ἐν Κλωπιδῶν, ubi subaudiendum est δήμῳ; nam Κλωπίδαι comice pro Κρωπίδαι dictum est, quod est nomen pagi Attici (V. Schol.). 400 γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον, ubi in codicibus legitur ἕν; sed e scholiastis alter ἐν legisse videtur, cum ita interpretaretur: γενοίμην οὖν, φησίν, εἰς τὴν οἰκίαν Κρατίνου κώδιον, ὥστε μου κατουρεῖν ἐκεῖνον, ubi εἰς τὴν οἰκίαν e seriorum consuetudine pro ἐν τῇ οἰκίᾳ dictum est (cf. V. 437, ubi item in libris ἕν pro ἐν scriptum est). Cur autem Kockius τῶν Κρ. praetulerit, nescio. Suspicari videtur vir doctissimus, ἕν, a posteriore manu additum, genuino τῶν ex sua sede demoto, eius locum occupasse, quod sane fieri potuit. Quod vero Bergkius: „ἐν Κρατίνου, inquit, nihil aliud est quam ἐν Κρατίνου κωμῳδίᾳ“, id mihi multis de causis suspe-

ctum videtur: primum quod scholiastae interpretationi, diligenter conscriptae, repugnat; deinde quod ellipsis illius κωμῳδία nescio an nusquam alibi appareat; tum quod ἐν Κρατίνου, ut consuetudo quidem loquitur, semper est „domi Cratini"; denique quod ea interpretatio coacta nec necessaria est: nam Cratini ebriositatem etiam alibi (Pac. 702 sq.) Ar. notat.

E. 1238 ἐν παιδοτρίβου—τίνα πάλην ἐμάνθανες;

N. 973 ἐν παιδοτρίβου—καθίζοντας.

V. 642 κἄστιν οὐκ ἐν αὑτοῦ. Operae pretium est legere, quae Stallbaum. ad locum simillimum Plat. Charmid. 155 D οὐκέτ' ἐν ἐμαυτοῦ ἦν annotavit: „Ad genetivum intellegas οἴκῳ *. Prorsus ad eundem modum nostrates: und ich war nicht bei mir, et: ich war ganz aus dem Häuschen, i. e. mentis non eram compos". Cf. Kr. Gr. I, 47, 6, 6. Nos dicere solemus „онъ не въ себѣ", quod est Graece οὐκ ἐν ἑαυτῷ ἐστι, quae locutio item in codicibus invenitur, ut Soph. Phil. 950.

L. 407 λέγομεν ἐν τῶν δημιουργῶν τοιαδί.

Th. 83 κἀν Θεσμοφόροιν — ἐκκλησιάζειν, ubi schol.: ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ τῶν Θεσμοφόρων ἱερῷ. 795 κἂν καταδάρθωμεν ἐν ἀλλοτρίων „domi alienae" (cf. Mein. Vind. p. 157).

R. 774 ὅπερ ἔστ' ἐν Ἅιδου πλῆθος.

c) Iam afferantur nomina *vasorum* aliorumque receptaculorum.

ἀσκίδιον: Ec. 306 ἐν ἀσκιδίῳ φέρων πιεῖν.

βαλλάντιον: Av. 1107 ἐν—τοῖς β. ἐννεοττεύσουσι.

γυπάριον: E. 793 οἰκοῦντ' ἐν ταῖς πιθάκναισιν καὶ γυπαρίοις καὶ πυργιδίοις.

δίκτυον: A. 550 κρομμύων ἐν δικτύοις.

ἐμβάς: E. 321 ἔνεον ἐν ταῖς ἐ.

θυΐα: N. 676 ἐν θυΐᾳ στρογγύλῃ 'νεμάττετο.

P. 231 τρίβειν ἐν αὐτῇ (= τῇ θυΐᾳ) τὰς πόλεις.

Pl. 719 ἔφλα ἐν τῇ θ.

θύλακος: Pl. 763 ἄλφιτ' οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ θ.

ἰπνός (lanterna): P. 841 ἐν—τοῖς ἰπνοῖσι πῦρ (ἔχοντες).

(κάρδοπος): N. 788 τίς ἦν, ἐν ᾗ ματτόμεθα—τἄλφιτα;

---

* Potius οἰκίᾳ, opinor: nam „aedes Atticis sunt οἰκία. Οἶκος conclave est, in quo coenabant veteres: verum hanc distinctionem neglexerunt recentiores". Elmsl. ad A. 1222.

κίστη: L. 1184 ὧν ἐν ταῖσι κ. εἴχομεν.

Fr. 28, 2 τοὺς ὄφεις—ἐν κίστῃ—κατασήμηναι.

κυλίχνη: Fr. 498 τὸ—ἔτνος τοὐν ταῖς κ.

κύτταρος: V. 1111 ἐν τοῖς κ. κινούμενοι.

λήκυθος: Av. 1589 ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ λ.

λοπάς: V. 511 δικίδιον—ἐν λοπάδι πεπνιγμένον.

λύχνος: N. 56 ἔλαιον ἡμῖν οὐκ ἔνεστ' ἐν τῷ λ.

λυχνοῦχος: Fr. 8, 2 διαστίλβονθ' ὁρῶμεν ὥσπερ ἐν καινῷ λ. πάντα τῆς ἐξωμίδος.

ὄστρακον: R. 1190 ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ (αὐτὸν).

πιθάκνη: E. 792 οἰκοῦντ' ἐν ταῖς πιθάκναισιν καὶ γυπαρίοις καὶ πυργιδίοις.

πλοιάριον: R. 139 ἐν πλοιαρίῳ—διάξει (σε).

πύελος: E. 55 μᾶζαν μεμαχότος ἐν πυέλῳ.

Fr. 360, 2 σμωμένην ἐν τῇ π.

σακίον: Fr. 328 σακίον, ἐν οἷσπερ τἀργύριον ταμιεύεται, ubi Kockius: „i. e. σακίον ex numero eorum, ἐν οἷσπερ κτλ".

σκάφη: E. 1315 τὰς σκάφας, ἐν αἷς ἐπώλει τοὺς λύχνους.

σορός: Pl. 277 ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὸν τὸ γράμμα σου δικάζει.

τρίβων: A. 343 ἐν τοῖς τ. ἐγκάθηνται—λίθοι.

χαλκίον: A. 1128 ἐν τῷ χ. ἐνορῶ γέροντα.

Fr. 107, 2 δεῖ ἡμᾶς ἐκεῖ 'ν τῷ χαλκίῳ λελουμένους σχολάζειν. In Pollucis libris, qui hos versus servavit, praepositio non legitur; addita est a Kockio, praeeunte Bachmanno, qui (p. 16 sq.) haec praecipit: „Nominibus vasorum quibus quid contineri vel in quibus quid fieri dicitur ἐν addendum est..., nisi si pro instrumento accipi possunt, cuius ope atque auxilio aliquid fit". Recte, ut mihi videtur. Idem conicit hunc locum ita quoque scribi posse: τῷ χαλκίῳ 'λλελουμένους, quam coniecturam illi etiam praefert.

χύτρα Th. 505 εἰσέφερε—ἐν χύτρᾳ τὸ παιδίον.

Fr. 591, 2 τὴν χ., ἐν ᾗ τὰ κρεάδι' ἧψες. 674 σφοδελὸν ἐν χύτραισι μεγάλαις ἑψόμενον.

χυτρίδιον: A. 1175 ὕδωρ ἐν χυτριδίῳ θερμαίνετε.

d) Porro, ad notionem rerum, in quibus aliquid inest, *scripta* quoque *dictaque* accedunt. Cuius generis exempla haec habes.

ἰαμβεῖον: R. 1204 ἐναρμόττειν ἅπαν—ἐν τοῖς ἰαμβείοισι.

κατάλογος: E. 1369 ὁπλίτης ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ.

κωμῳδία: R. 15 σκεύη ποτ' εἰ φέρουσιν ἐν κωμῳδίᾳ; qui versus e Velseni coniectura scriptus est; nam in libris quae leguntur: σκεύη φέρουσ' ἑκάστοτ' ἐν κ., cum proximis non conveniunt (V. Kockii ann.).

λεγόμενα: Pl. 647 Γυνή· καὶ ποῦ 'στιν (τἀγαθά); Καρ.· ἐν τοῖς λεγομένοις· εἴσει τάχα. Versum scripsi, ut apud Velsenum et Mein. legitur; nam a codicibus distinguendi nota post λεγομένοις abest, ut verba ἐν τοῖς λεγ. ex illis εἴσει τάχα pendeant, itaque legisse scholiasta quoque videtur, qui haec per ἐν τοῖς ἐμοῖς λόγοις γνώσῃ ἴσως interpretatur. Attamen etiam vulgata lectio defendi posse videtur; cf. Th. VII, 11, 1: τὰ πρότερον πραχθέντα ἐν ἄλλαις πολλαῖς ἐπιστολαῖς ἴστε, „ex litteris cognovistis", de quo usu vide infra.

λόγιον: E. 122 ἐν τοῖς λ, ἔνεστιν ἑτέραν ἔγχεον; 194 ἅ σοι διδόασ' ἐν τοῖς λογίοισιν οἱ θεοί. 797 ἔστι—ἐν τοῖς λογίοισιν.

λόγος: P. 129 ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξηυρέθη.

Av. 651 ἐν Αἰσώπου λόγοις ἐστὶν λεγόμενον.

τραγῳδία: Av. 101 λυμαίνεται ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμέ.

Th. 450 ἐν ταῖσιν τρ. ποιῶν.

R. 834 ἅπερ—ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐτερατεύετο. 935 ἐν τραγῳδίαις—ἀλεκτρυόνα ποιῆσαι.

Eodem pertinet hic quoque locus, ubi persona pro re posita est:

τραγῳδός: Av. 512 ὁπότ' ἐξέλθοι—ἐν τοῖσι τρ., quod Kockius, scholiastam ut videtur secutus, recte per ἐν ταῖς τραγῳδίαις interpretatur. In eandem interpretationem Blaydesius quoque inclinat, cum dicit: „nisi forte hic sensus potius est, in tragoedorum fabulis. Sic Lys. 188 ἐν Αἰσχύλῳ, i. e. in Aeschyli dramate" *. Quod autem vertit „in certamine tragico", collatis Demosthenis et Aeschinis locis, ubi τραγῳδοῖς sine praepositione legitur, huic interpretationi non assentior: non enim idem est τραγῳδοῖς atque ἐν τραγῳδοῖς et, si illud „in certamine tragico" est, non sequitur, ut hoc quoque idem valeat.

---

* Obiter moneo, Blaydesii in hoc versu coniecturam, quam e Bentlei fecit, ὥσπερ οὔπτ' ἐν Αἰσχύλῳ ποτέ vix ferendam esse. Quid enim hic ποτέ sibi velit, non intellego: nam si sententia loci est haec: «ut septem illi in Aeschyli tragoedia iurant», ποτέ omittendum erat (quod Bentleius recte fecit: ὥσπερ φασὶν ἔπτ' ἐν Αἰσχύλῳ); sin haec: „ut septem illi quondam, ut ait Aeschylus, iuraverunt", dicendum fuisse existimo κατ' Αἰσχύλον (cf. Ar. Av. 910 et 914).

e) Quibus rebus expositis, deinceps de *veste* dicendum est. Nam, ubi agitur de veste similibusque, ἐν praepositio eiusmodi nomini iuncta significat aliquem ea veste indutum vel ea re instructum esse (cf. Hemsterhusii annot. ad Plutum p. 779). In eandem rationem cadunt nomina armorum, quibus quis instructus, et vinculorum, quibus quis constrictus est. Neque aliter Rossice dicitur: nam aliquis „въ шляпѣ, въ сапогахъ“ esse dicitur, quamquam non totus, sed caput eius aut pedes tantum ea veste tecti sunt. Iam afferantur loci, ubi de veste et armis dicitur.

ἐ μ β ά ς: Ec. 47 σπεύδουσαν ἐν ταῖς ἐ.

θ ώ ρ α ξ: A. 1134 ἐν τῷδε (= τῷ θώρακι) πρὸς τοὺς πολεμίους θωρήξομαι. Haec dicit Lamachus. Quem irridens Dicaeopolis, cum sequenti versu eius verba in risum deflectit, eandem praepositionem alia significatione dicit; de quo vide infra.

ἱ μ α τ ί δ ι ο ν: L. 740 ἡμᾶς ἔλουσαν—ἐν τοῖσιν ἱ.

ἱ μ ά τ ι ο ν: N. 987 ἐν ἱματίοις—ἐντετυλίχθαι.

κ ρ ο κ ω τ ό ς, μ ί τ ρ α: Th. 941 ἵνα μὴ 'ν κροκωτοῖς καὶ μίτραις γέρων ἀνὴρ γέλωτα παρέχω τοῖς κόραξιν.

ὅ π λ α: L. 633 ἀγοράσω—ἐν τοῖς ὅ.

R. 1532 ἀργαλέων—ἐν ὅπλοις ξυνόδων.

π ε ύ κ η: R. 1212 (qui versus Euripidis est) ἐν πεύκαισι πηδᾷ „taedis instructus“.

σ ι σ ύ ρ α: N. 10 ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος.

σ κ ῦ λ ο ς: L. 810 ἀβάτοισιν ἐν σκώλοισι τὰ πρόσωπα περιειργμένος.

τ ρ ι β ώ ν ι ο ν: Pl. 845 ἐνεμυήθης—ἐν αὐτῷ (= τῷ τριβωνίῳ). Cf. Bamberg. 1885, p. 5.

τ ρ ύ χ η: A. 419 τά ποῖα τρύχη; μῶν ἐν οἷς Οἰνεὺς—ἠγωνίζετο;

φ ο ι ν ι κ ί ς: L. 1140 καθέζετο—ἐν φοινικίδι.

φ ο ρ β ε ι ά: V. 582 ἐν φορβειᾷ τοῖσι δικασταῖς ἔξοδον ηὔλησε.

χ ι τ ώ ν ι ο ν: L. 150 (εἰ) κἂν τοῖς χ.—παρίοιμεν.

f) Similiter in dativo praepositioni ἐν iuncto ponitur ea res, qua quis constrictus est (Cf. Krueg. ad Xen. An. IV, 3, 8: „ἐν πέδαις δῆσαι, nicht ohne ἔν, ist fest. Lobeck Paralipp. p. 524“).

δ ε σ μ ό ς: Th. 1032 ἐν πυκνοῖς δ. ἐμπεπλεγμένη.

δ ί κ τ υ ο ν: Av. 1083 δεδεμένας ἐν δικτύῳ.

κ λ ί μ α ξ: R. 618 ἐν κλίμακι δήσας.

ξ ύ λ ο ν: E. 367 σὲ δήσω 'ν τῷ ξύλῳ. Hic, ut in 1049 et N. 592, praepositio, in libris omissa, ex communi more verborum optimo

iure a criticis restituta est, praesertim cum nullus omnino locus inveniatur, ubi metro repudietur (cf. Kock. ad N. 592).—394 ἐν ξύλῳ δήσας. 705 ἐν τῷ ξύλῳ δήσω σε. 1049 δῆσαι—ἐν πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ.

N. 592 (ἣν) φιμώσητε τούτου ’ν τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα. V. Kaehleri ann.

πέδαι: V. 435 ἐν πέδαις παχείαις οὐδὲν ἀριστήσετε, ubi verbum constringendi mente supplendum est.

σανίς: Th. 931 δῆσον αὐτὸν ἐν τῇ σ. 1165 οὐν τῇ σ.

g) Restant aliquot exempla nominum, quae ad nullum eorum locorum, in quos materiam nostram divisimus, pertineant, sed in quibus vis praepositionis eadem sit.

ἀγκάλη: R. 704 τὴν πόλιν ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις „in amplexu fluctuum“.

ἀλέα: Ec. 541 ἐν ἀλέᾳ κατακείμενον καὶ στρώμασιν.

ἅλμη: Fr. 416 ἐν ἅλμῃ ἀπεβάφθη.

(βόρβορος καὶ σκῶρ): R. 146 ἐν—τούτῳ κειμένους.

κλάδος: L. 632 φορήσω τὸ ξίφος—ἐν μύρτου κλαδί.

μυττωτός: E. 771 κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ.

τάξις: A. 600 ὁρῶν πολιοὺς—ἄνδρας ἐν ταῖς τ.

τεῦτλον: P. 1014 τὰς ἐν τεύτλοισι λοχευομένας.

h) Id, in quo aliquid est vel fit, potest esse etiam *corpus* eiusque partes atque *animus*.

ἀντικνήμιον: E. 907 τὰν τοῖσιν ἀ. ἑλκύδρια.

ἄρθρον: V. 1494 ἐν ἄρθροις τοῖς ἡμετέροις στρέφεται χαλαρὰ κοτυληδών.

γνάθος: Fr. 3, 1 ἦν ἐν τῇ γνάθῳ διώβολον.

κεφαλή: Av. 475 τὸν πατέρ’ αὐτῆς ἐν τῇ κ. κατορύξαι.

Ec. 1120 ἐν τῇ κ.—ἐμμένει πολὺν χρόνον (sc. τὰ Θάσι’ ἀμφορείδια).

ὀφθαλμός: V. 447 τούτοις—οὐκ ἔνι οὐδ’ ἐν ὀφθαλμοῖσιν αἰδώς. Cf. Reisig. Coni. p. 249.

στόμα: A. 198 κἀν τῷ στ. λέγουσι, quem locum bene explanavit Schoemannus p. 10: „κἀν τῷ στόματι λέγουσι, inquit, vereor ne aliter accipiendum sit, quam ab interpretibus, si non omnibus, plerisque tamen, acceptum est. Vulgo enim *os indutiarum* significari putant, ἐν τῷ στ. λέγειν eodem sensu quo absque praepositione τῷ στ. λέγειν dici potuisse rati, et dativo instrumentali addi-

tam esse credunt ad exemplum locutionis Homericae ἐν οφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι, cuius quaenam vera significatio sit non videntur satis perspexisse... In Aristophanis autem versiculo ut ἐν τῷ στ. instrumentali sensu dici atque *os indutiarum* significari credatur nulla profecto causa est. Suum ipsius os significat Dicaeopolis, quippe qui haustis ore suo indutiis, gustumque adhuc in ore habens, quasi audire vocem earum sibi videatur: ἐν τῷ ἐμῷ στόματι οὖσαι λέγουσι".

Av. 1150 τὸν πηλὸν ἐν τοῖς στ. αἱ χελιδόνες, quo in „loco lacunoso nullisque coniecturis sanando", ut Meinekei verbis utar, verbum aliquod, unde haec pendeant, excidisse videtur, nisi cum Blaydesio ea pro parentheticis habeas, quod equidem non credo. Idem censet „subaudiendum potius ἔχουσαι". Quidni ἐφόρουν, ut sit: αἱ χελ. τὸν πηλὸν ἐν τοῖς στ. ἐφόρουν?

Fr. 48 ἐν τῷ στ. τριημιωβόλιον ἔχων.

σ ῶ μ α: Th. 154 ἐν τῷ σ. ἔνεσθ' ὑπάρχον τοῦτο.

φ ρ έ ν ε ς: E. 1052 μεμνημένος ἐν φρεσίν, quo in versu Ar. epicorum dictionem imitatur.

(χ ε ί ρ) δ ε ξ ι ά: N. 734 τὸ πέος ἐν τῇ δεξιᾷ (ἔχω).

Ec. 50 ἔχουσαν ἐν τῇ δεξιᾷ τὴν λαμπάδα.

ψ υ χ ή: N. 415 τὸ ταλαιπωρὸν ἔνεστιν ἐν τῇ ψ.

i) Interdum etiam in *animanti* aliquid a sensibus sevocatum inesse ab eoque possideri dicitur. Eiusmodi locos tres inveni:

Av. 162 μέγ' ἐνορῶ βούλευμ' ἐν ὀρνίθων γένει καὶ δύναμιν, quod valet: „video consilium et potentiam in avium genere fore", i. e. „aves ea habituras esse".

Th. 536 τίσις τίς ἐστ' ἐν ἡμῖν, quod tamen Velseni coniecturae debetur, cum in codicibus male τίς ἐστὶν εἰ δὲ μὴ ἡμεῖς legatur; hoc si recte restituit, sententia est: si quid ultionis in nobis inest=si qu. u. habemus.

Ec. 895 οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔνεστιν, ἀλλ' ἐν ταῖς πεπείραις.

k) Eodem referendi sunt hi pauci loci, ubi de *abstractis* agitur, in quibus ἐν Rossice reddi potest per „заключается что-л. въ чемъ" vel „соединено что-л. съ чѣмъ".

E. 1133 πυκνότης ἔνεστ' ἐν τῷ τρόπῳ.

N. 1071 ἐν τῷ σωφρονεῖν ἅπαντα ἄνεστιν.

L. 256 πόλλ' ἄελπτ' ἔνεστιν ἐν τῷ μακρῷ βίῳ, ubi ἔνεστιν pro ἐστίν a Mein. e Reisigii coniectura (Coni. p. 249) scriptum est (cf. Mein. V. p. 121).

Pl. 348 ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι.

Fr. 387, 1 ταῦτα—ἐν τῇδ' (= εἰρήνῃ) ἔνι.

l) Porro est ubi ἐν adiectivo vel pronomini ὁ αὐτός, in neutro genere posito, vel denique adiectivi vices gerenti adverbio, cum articulo coniuncto, consociatum sit, ut nullum certum substantivum neque adsit neque ex antecedentibus audiri possit, sed universa quaedam loci notio animo obversetur. Huiusmodi verba haec sunt.

ταὐτό(ν): V. 969 κοὐδέποτ' ἐν ταὐτῷ μένει, ubi Richterus: „i. e. domi remanere; vel eodem loco, ut Av. 170".

Av. 170 οὐδέποτ' ἐν ταὐτῷ μένων. 968 ὅταν οἰκήσωσι—ἐν ταὐτῷ

R. 1103 μὴ 'ν ταὐτῷ καθῆσθον, ubi tamen ἐν ταὐτῷ tralatum sensum habet.

βουλευτικόν: Av. 794 ὁρᾷ τὸν ἄνδρα—ἐν βουλευτικῷ.

καθαρόν: Ec. 320 ἐν καθαρῷ ποῦ—τις ἂν χέσας τύχοι; quod scholiasta per ἐν ἐρημίᾳ interpretatur, i. e., si proprie quis vertere velit, „in loco puro (ab hominibus)". Vide Kusteri annotationem ad h. l.

καλόν: Th. 292 ποῦ καθέζωμ' ἐν καλῷ; „in loco opportuno"; cf. Ec. 321.

κοινόν (= aerarium): E. 775 χρήματα πλεῖστ' ἀπέδειξα ἐν τῷ κ.

Ec. 661 ἐν τῷ κ. πάντων ὄντων.

μέσον: V. 1374 τὸ μέλαν—τοὐν μέσῳ.

P. 1118 κεῖται—ἐν μέσῳ, quod Blaydesius ambigue dictum esse putat: nam quae in medio posita sint, ad omnes aeque videri pertinere.

Av. 187 ἐν μέσῳ — ἀήρ ἐστι γῆς. 1005 (ἵνα) κἀν μέσῳ ἀγορὰ (γένηται).

Fr. 78 ναυλόχιον ἐν τῷ μ.

τὸ πρόσθε: R. 287 ἐστὶν ἐν τῷ πρ.

2) Dixi de ea ἐν praepositionis vi, cum aliquid in aliqua re esse dicitur; nunc dicam de altera, quam proposui, significatione, cum aliquid *super* aliquam rem versari valet. Quo sensu Graeci saepius praepositione ἐπί, genetivo vel dativo iuncta, utuntur, Latini contra plerumque „in" dicunt.

βύρσα: E. 104 ῥέγκει—ἐν ταῖσι β.

δάπις et κλίνη: Pl. 528 οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν οὔτ' ἐν δάπισιν. Cf. Ec. 909 ἐπὶ τῆς κλ.

κόλπος: Av. 694 ἐρέβους—ἐν ἀπείροσι κόλποις τίκτει—νὺξ— ᾠόν. Cf. Hom. Il. 6, 400 παῖδ' ἐπὶ κόλπῳ ἔχουσα.

Ec. 963 ἐν τῷ σῷ—κόλπῳ πληκτίζεσθαι.

κορυφή: Av. 740 νάπαισί τε κορυφαῖσίν τ' ἐν ὀρείαις μελέων νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω, ubi praepositio duplicem sensum habet, quod e Rossica interpretatione apparet: „*въ* долинахъ, *на* вершинахъ". Cf. N. 270 ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς.

ὄρος: L. 787 κἀν τοῖς ὄρεσιν ᾤκει. Cf. A. 82 ἐπὶ χρυσῶν ὀρῶν.

Th. 114 τὰν—ἐν ὄρεσι δρυογόνοισι κόραν.

Fr. 680 ἐν τοῖς ὄρεσιν—ἐφύετο, quamquam his omnibus locis ἐν fortasse „inter" valet, ut nos dicimus „въ горахъ", quod non plane idem est atque „на горахъ".

πρόσωπον: Pl. 1051 ἐν τῷ πρ. τῶν ῥυτίδων ὅσας ἔχει. Cf. N. 1176 ἐπὶ τοῦ πρ. Recte hoc loco Bambergius (1885, p. 10) scribendum censet τὰς ῥυτίδας, quod cod. Vaticanus genetivo superscriptum ut variam lectionem praebet. Nam „quae legi solent, hoc valent: ὧν ἔχεις ῥυτίδων ὅσας ἔχεις ἐν τῷ προσώπῳ, cum hoc dicendum fuisse videatur: ἃς ἐν τῷ προσώπῳ ἔχεις ῥυτίδας, ὅσαι εἰσίν sive ἐν τῷ προσώπῳ τὰς ῥυτίδας ὅσας ἔχεις, quod Aristophanem scripsisse existimo".

πύργος: Av. 1162 φυλακαὶ καθεστήκασι καὶ φρυκτωρίαι ἐν τοῖσι π. Cf. Hom. Il. 21, 526 εἱστήκει θείου ἐπὶ πύργου.

στρώματα: N. 1069 ἐν τοῖς σ. τὴν νύκτα παννυχίζειν. „Super" praepositionem valere apparet ex Anaxandridae loco (3, p. 183, v. 7): ὑπεστρῶσθαι στρώματα.

V. 1213 χύτλασον σεαυτὸν ἐν τοῖς σ.

R. 439 Διὸς Κόρινθος ἐν τοῖς σ., quod proprie valet: „Corinthus Iovis filius in stragulis est"; plura dabit Fritzscheus. 542 ἐν στρώμασιν Μιλησίοις ἀνατετραμμένος.

Ec. 39 ἤλαυνέ μ' ἐν τοῖς σ. 334 οὐχ ηὗρον ἐν τοῖς σ. (τὸ ἱμάτιον). 541 ἐν ἀλέᾳ κατακείμενον καὶ στρώμασιν.

Fr. 695, 1 ἐν ἡδυόσμοις στρώμασι παννυχίζων.

ταφή: R. 423 ἐν ταῖς ταφαῖσι πρωκτὸν τίλλειν.

φορυτός: A. 72 ἐν φορυτῷ κατακείμενος.

Θεσμοφορεῖον: Th. 278 τὸ τῆς ἐκκλησίας σημεῖον ἐν τῷ Θ. φαίνεται.

Ὄλυμπος: Av. 578 τοὺς ἐν Ὀλύμπῳ. 606 τοῦτ' ἔστ' ἐν Ὀλύμπῳ.

Eodem referenda est tralata locutio

E. 847 ἐπίσχες ἐν ταῖς ἀσπίσι „subsiste in mentione clipeorum".

His ea exempla adiungo, ubi de *scribendo* in aliqua re agitur:

A. 144 ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφε.

V. 98 ἦν ἴδῃ—γεγραμμένον—ἐν θύρᾳ Δῆμον καλόν.

Av. 450 ὅ τι ἂν προγράφωμεν ἐν τοῖς πινακίοις. 1354 ἔστιν—νόμος—ἐν ταῖς—κύρβεσιν (ubi γεγραμμένος auditur).

L. 513 ἐν τῇ στήλῃ παραγράψαι.

R. 933 σημεῖον ἐν ταῖς ναυσὶν—ἐνεγέγραπτο. 938 ἂν τοῖσι περιπετάσμασιν—γράφουσιν.

3) Tertium est propositum, ut de ea significatione ἐν praepositionis dicamus, quae est „*apud*". Qui usus ad nomina urbium et insularum pertinet.

E. 785 τὴν ἐν Σαλαμῖνι (sc. πυγήν).

V. 236 ἐν Βυζαντίῳ ξυνῆμεν.

P. 665 τὰν Πύλῳ, ubi ἐν sane etiam „in" valere potest; sed quia sermo est non de iis modo rebus, quae Pyli, sed etiam quae circa Pylum gestae sunt, ideo illam „apud" significationem praeferendam puto.

Th. 901 τὸν ἐν Τροίᾳ πόσιν.

4) Ab illa locali notione „in" profecta est ea, cum praepositio, plurali numero adiuncta, significat aliquid non in unaquaque re ex eo numero inveniri, sed „*inter*" eas res. Quo sensu praepositio plerumque personis (a), rarius rebus (c) adicitur. Eodem referenda sunt nomina collectiva (d) (e), quippe quae complures res vel personas contineant. Eiusmodi locutio si e verbo dicendi pendet, praepositio etiam „coram" verti potest (b).

a) A. 604 τοὺς δ' ἐν Χαόσι (ὁρῶν) „in Chaonibus", i. e. „in Chaonum terra" vel „in Chaonia": nam Graeci, ut Latini, haud raro gentem pro terra, quam incolit, ponunt (Cf. Krueg. I, 68, 12, 3).—900 ὅ τι—ἐν Βοιωτοῖσιν—μὴ (ἔστι).

E. 78—79 ὁ πρωκτός ἐστιν—ἐν Χαόσιν, τὼ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς. 480 πῶς—ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος;

N. 413 εὐδαίμων ἐν 'Αθηναίοις καὶ τοῖς Ἕλλησι διάξεις. 460 κλέος οὐρανόμηκες ἐν βροτοῖσιν ἕξεις. 573—574 μέγας ἐν θεοῖς ἐν θνητοῖσί τε δαίμων. 841 ὅσαπερ ἔστ' ἐν ἀνθρώποις σοφά. 1039 ἐγὼ—ἥττων—λόγος—ἐκλήθην ἐν τοῖσι φροντισταῖσιν. 1366 Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς.

V. 758 μή νυν ἔτ' ἐγὼ 'ν τοῖσι δικασταῖς κλέπτοντα Κλέωνα λάβοιμι, i. e. inter iudices sedens. 1023 τιμηθεὶς ὡς οὐδεὶς πώποτ' ἐν ὑμῖν.

P. 496 κακόνοι τινὲς ἐν ἡμῖν.

Av. 941 νομάδεσσι—ἐν Σκύθαις ἀλᾶται. (1343 τῶν ἐν ὄρνισιν νόμων, de quo versu Mein. in ann. cr. „Aristophanis grammatici versum esse adnotant scholia").

L. 554 ἐν τοῖς Ἕλλησι καλεῖσθαι.

Th. 90 ἐκκλησιάσοντ' ἐν ταῖς γυναιξί. 185 ἐγκαθεζόμενον ἐν ταῖς γυναιξίν. 589 ἐν γυναιξὶν ὤν.

R. 420 δημαγωγεῖ ἐν τοῖς ἄνω νεκροῖσι. 724 καλλίστοις ἁπάντων—νομισμάτων—ἔν τε τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς βαρβάροισι. 760 πρᾶγμα μέγα κεκίνηται—ἐν τοῖς νεκροῖσι.

Ec. 846 Σμοῖος ἐν αὐταῖς—τὰ τῶν γυναικῶν διακαθαίρει τρύβλια.

Pl. 161 τέχναι—καὶ σοφίσματα ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισίν ἐσθ' ηὑρημένα, ubi male Velsenus, libros secutus, εὑρημένα sine augmento edidit: v. Weckleinii Cur. Epigr. p. 33. Meisterhans. p. 136.—971 συκοφάντρια ἐν ταῖς γυναιξὶν ἦσθα.

Fr. 357, 2 βραδύτατος—ἐν ἀνθρώποις δραμεῖν.

b) A. 498 ἐν Ἀθηναίοις λέγειν. 630 διαβαλλόμενος—ἐν Ἀθηναίοις. 645 εἰπεῖν ἐν Ἀθηναίοις.

N. 892 ἐν τοῖς πολλοῖσι λέγων.

V. 1185 μῦς καὶ γαλᾶς μέλλεις λέγειν ἐν ἀνδράσι;

Th. 471 ἐν ἀλλήλαισι χρὴ δοῦναι λόγον. 526 εἰπεῖν ἐν ἡμῖν.

Pl. 1061 πλυνόν με ποιῶν ἐν τοσούτοις ἀνδράσιν.

c) E. 770 κατατμηθεὶς ἑψοίμην ἐν περικομματίοις, ubi recte Schutzius: ἐν π. non cum κατατμηθείς, sed cum ἑψοίμην proxime coniungendum, vertendumque „dissectus (in frusta) coquar inter alia minutalia". 1013 ἐν νεφέλαισιν ἀετὸς γενήσομαι. Eadem locutio, ex oraculo Atheniensibus dato sumpta (v. Schol. ad h. l.), legitur in Av. 977 et 987.

P. 669 ὁ νοῦς—ἡμῶν ἦν—ἐν τοῖς σκύτεσιν, quod, si ad verbum verteris, erit: „mens nostra erat in coriis"; utque ἐν Ἕλλησι idem fere valet atque „in Graecia", ita ἐν τοῖς σκ. est „in coriorum terra", ut ita dicam. Sensum autem loci bene explicat schol.: ἀντὶ τοῦ ἐν φόβῳ τοῦ Κλέωνος: nam coriarius fuit Cleo.

Av. 620 ἐν ταῖσιν κομάροις καὶ τοῖς κοτίνοις στάντες „inter arbutos et oleastros", quocum conferas locos simillimos Xen. An. 4,

7, 9 ἐν τοῖς δένδροις ἑστάναι, cui ibidem ἔξω τῶν δένδρων opponitur, et Plat. Leg. I, 625 B ἀνάπαυλαι ἐν τοῖς ὑψηλοῖς δένδρεσίν εἰσι σκιαραί.—977 αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι. 987 αἰετοῦ ἐν νεφέλῃσιν.

R. 908 ἐν τοῖσιν ὑστάτοις φράσω „in postremis", i. e. „postremo loco".

d) δῆμος: N. 432 ἐν τῷ δ. γνώμας οὐδεὶς ποιήσει πλείονας.

V. 594 κἀν τῷ δ. γνώμην οὐδεὶς πώποτ' ἐνίκησεν.

L. 514 βεβούλευται—ἐν τῷ δ.

ὄχλος: A. 257 κἀν τὤχλῳ φυλάττεσθαι.

στρατός: E. 567 πεζαῖς μάχαισιν ἔν τε ναυφράκτῳ στρατῷ—νικῶντες, ubi ὄντες ad ἐν στρ. audiendum puto, ut sit: „cumque in copiis navalibus essent".

e) Eodem pertinent, opinor, hi loci, ubi ἐν singulari quidem iunctum est, sed qui pluralis vice positus sit.

A. 279 ἡ ἀσπὶς ἐν τῷ φεψάλῳ κρεμήσεται „in scintilla", ubi schol.: ἐν τῷ καπνείῳ.* φέψαλοι γάρ εἰσιν οἱ σπινθῆρες.

V. 480 οὔπω 'ν σελίνῳ σοὐστὶν οὐδ' ἐν πηγάνῳ „neque in apio neque in ruta", quod proverbium optime interpretatur schol. V: παροιμία ἐπὶ τῶν μηδὲ κατὰ τοὐλάχιστον διηνυκότων οἷς ἐπέθεντο. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν κήπων. ἐν γὰρ τοῖς λεγομένοις περικήποις τὰ σέλινα καὶ πήγανα κατεφύτευον. βούλεται οὖν λέγειν, οὔπω οὐδὲ ἀρχὴν ἔχεις τοῦ πράγματος, καθάπερ οἱ ἐν τοῖς κήποις εἰσιόντες ἐν τοῖς σελίνοις εἰσίν. Sed unde hoc proverbium originem traxisset, ne veteres quidem scivisse videntur: nam alii aliter de ea re iudicaverunt (v. Schol.).

II. Quibus rebus expositis, ad *metaphoricum* praepositionis usum progredior, cuius haec genera discerno.

1) Est ubi praepositio eum significet, in quo aliquid situm sit vel *penes* quem aliquid sit. Neque aliter nos dicimus „все дѣло въ немъ, въ этомъ", quod est „все дѣло зависитъ отъ него, отъ этого".

A. 474 ἐπελαθόμην ἐν ᾧπέρ ἐστι πάντα μοι τὰ πράγματα „in quo res meae sitae sunt".

Av. 1677 ἐν τῷ Τριβαλλῷ πᾶν τὸ πρᾶγμα.

---

* In codicibus ipsis legitur καπήλῳ, apud Suidam καπηλείῳ, quod recte Piersonus in καπνείῳ mutandum censet. Minus probabiliter Elmsleius καμίνῳ, Blaydesius καπνῷ proponit.

L. 30—31 ἐν ταῖς γυναιξίν ἐστιν ἡ σωτηρία.—ἐν ταῖς γυναιξίν; 32 ὡς ἔστ' ἐν ἡμῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα.

R. 1449 εἰ νῦν γε δυστυχοῦμεν ἐν τούτοισι, πῶς τἀναντί' ἂν πράττοντες οὐ σωζοίμεθ' ἄν; „illorum (malorum civium) opera (quorum paulo ante mentio facta est)“. Quos versus Velsenus aliique, ut spurios, censoria quadam virgula notarunt, „in quo, ut ait Vahlenus, nos non possumus nisi tralaticiam criticorum libidinem agnoscere, qui, sicubi paulo plenius elatam sententiam offendunt, sine quibus ea constare quodam modo possit, ut superflua resecanda instant“ (p. 7).

2) Ex hac praepositionis significatione, de qua modo egimus, aut fortasse ex ea, quae est „coram“, is usus manasse videtur, ex quo ἐν in eo dicitur, penes quem est iudicium alicuius rei, ut „iudicio vel arbitrio alicuius“ valeat. Cuius usus exemplum unum apud Ar. invenitur, neque id satis certum.

Fr. 267, 2 ἐγὼ γάρ, εἴ τι σ' ἠδίκηκ', ἐθέλω δίκην δοῦναι πρόδικον ἐν τῶν φίλων τῶν σῶν ἐνί: sic Kockius ex emendatione Porsoni scripsit, cum in codicibus alia legantur, ut apud Photium ἓν—ἕνι, apud Suidam ἐνὶ—ἐνί. Alii viri docti aliter hunc locum emendabant, ut Cobetus ἐπὶ τῶν φ. τ. σ. τινός, quem refutarunt Kockius (in ann.) et Bachmannus (p. 59). Ipse Bachmannus collatis aliquot oratorum locis scribi iubet πρὸς τ. φ. τ. σ. ἐνί. Qui omnes de lenissima Porsoni coniectura propterea dubitare videntur, quod ἐν, hoc sensu plurali numero saepe iunctum, singulari iungi posse negant. Sed e locis, a Kockio in annotatione congestis, duo huc pertinere possunt: Eurip. Hipp. 1320 σὺ δ' ἔν τ' ἐκείνῳ κἀν ἐμοὶ φαίνει κακός, quod tamen rectius interpreteris: „et in illum et in me malum te ostendis“, et Amphid. v. 3. p. 309 μάταιός ἐστιν ἔν γ' ἐμοὶ καὶ τοῖς σοφοῖς κριταῖς ἅπασιν, ubi ἔν γ' Porsoni coniecturae debetur, cum in codd. ἔργ' inveniatur. Quibus addo versum Sophocleum (O. C. 1214): σκαιοσύναν φυλάσσων ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται, ubi ἐν ἐμοί Nauckius „me iudice“ interpretatur, Ellendtius (Lex. Soph. p. 240[1]) „me auctore, si penes me iudicium“.

3) Progredior ad illum praepositionis usum, cum *statum* sive *conditionem* indicat, in qua quis versatur.

A. 1026 ὥπερ μ' ἐτρεφέτην ἐν πᾶσι βολίτοις, quod est ἐν πάσῃ τρυφῇ, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς (Schol.).

V. 709 ἂν—ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις καὶ στεφάνοισιν—καὶ πυῷ καὶ πυριάτῃ, quae vocabula omnia unam notionem describunt ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς.

Quamquam haec, quae modo attuli, exempla rectius forsitan eo referas, ubi de ea vi praepositionis, quae est „inter", agitur: nam conditio vocabulis abstractis, non concretis exprimi solet.

P. 387 τοῦτο μὴ φαῦλον νομίζων ἐν τοιούτῳ πράγματι, i. e. ἐν τῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην (Schol.). 439 ἐν εἰρήνῃ διαγαγεῖν τὸν βίον. 642 κἀν φόβῳ καθημένη.

L. 959 ἐν δεινῷ—ὢν—κακῷ.

Ec. 519 ἐκεῖ μοι ἐν τῷ θορύβῳ καὶ τοῖς δεινοῖς ἀνδρειόταται γεγένησθε.

Pl. 399—400 οὐκ ἔστι πω τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ—ἐν τῷ μεταδοῦναι, ubi ἐν τῷ μ. pro eo quod in libris legitur οὐ τῷ μ. e coniectura Bambergii (1869, p. 47) Velsenus in exemplum recepit. Sensus: „res nondum in eo est, ut amicis meis de Pluto impertire possim".

Eodem pertinet locutio ἐν (τῷ) σκότῳ, quae hisce locis invenitur:

A. 1169 ἐν σ. λάβοι—πέλεθον.

V. 256 ἐν τῷ σ. τουτουὶ στερηθείς. 275 προσέκοψ' ἐν τῷ σ. τὸν δάκτυλον, quod e verissima Bentlei coniectura pro προσέκοψεν τῷ σκότῳ codicum editur. 911 κἀνέπλητ' ἐν τῷ σ.

P. 691 ἐψηλαφῶμεν ἐν σ. τὰ πράγματα.

L. 72 μόλις—ηὗρον ἐν σ. τὸ ζώνιον.

Ec. 314 τὰς ἐμβάδας ζητῶν λαβεῖν ἐν τῷ σ. 375 ἐν τῷ σ.—τοῦτ' ἔτυχον—λαβών.

4) Similiter ἐν de *negotio* dicitur, in quo quis occupatus est (a), omninoque de negotio ludove, qui dum fit, aliud quidpiam eodem loco geritur, ut duae actiones vel conditiones in idem temporis locique spatium incidant; in quam rationem cadunt convivia, sacra, bella, proelia aliaque similia (b).

a) Ac prioris quidem generis unum exemplum ex Ar. habeo:

V. 682 ἐν ἀρχαῖς εἶναι „magistratus gerere".

b) Alterius generis haec sunt:

A. 513 et Av. 30 οἱ παρόντες ἐν λόγῳ „qui orationi huic intersunt".

N. 304 μυστοδόκος δόμος ἐν τελεταῖς ἁγίαις ἀναδείκνυται, ubi schol.: ἐν τελεσιουργίας ὁσιωτάταις, τουτέστι τοῖς μυστηρίοις. 649 εἶναι κομψὸν ἐν συνουσίᾳ. 1040 τοῖσιν νόμοις ἐν ταῖς δίκαις τἀναντί'

ἀντιλέξαι, ubi ἐν pro καὶ librorum a Kockio propositum est, quod δίκαι semper causas iudiciales significet. Mihi vero multo probabilior ad sensum quidem Kaehleri coniectura videtur καὶ τῇ δίκῃ „legibus et iustitiae contradicere“, quae aliqua ex parte etiam versu 888 confirmatur. V. Kaehleri p. 201.

V. 1060 ἄλκιμοι—ἐν χοροῖς „in choris (ducendis)“. 1261 ὧν ἔμαθες ἐν τῷ συμποσίῳ.

L. 1227 ἡμεῖς—ἐν οἴνῳ συμπόται σοφώτατοι „in vino“, ut etiam Latini dicunt.

Th. 112 ἐν εὐμούσοισι τιμαῖς γέρας ἱερὸν προφέρων „qui in honoribus Musarum sacrum ante alios omnes fers praemium“, honores autem Musarum sunt certamina musica (v. Fritzschei ann.). 835 προεδρίαν—δίδοσθαι — ἐν ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς. 873 καμόντας ἐν χειμῶνι καὶ ναυαγίαις, ubi ἐν etiam causalem quandam notionem habet.

R. 368 κωμῳδηθεὶς ἐν ταῖς πατρίοις τελέταις.

Ec. 987 et 988 τὸν ἐν πεττοῖς νόμον.

Fr. 153 ἐν τοῖσι συνδείπνοις ἐπαινῶν Αἰσχύλον, quo versu Athenaeus utitur ad probanda quae modo dixit: σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου—καὶ Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ.—433 ἀτταγᾶς ἥδιστον ἕψειν ἐν ἐπινικίοις κρέας, ubi ἐπινίκια „opiparae sunt epulae, quas choragus adornabat“ (Bergk. in Mein. Fr. Com. v. 2, p. 1127), non dies festus, ut putare videtur Kockius, qui ineptissime confert ex C. I. [Gr.] 2374 e [add.] τοῖς θεοξενίοις et ἐν τοῖς θ. Nam etiamsi apud Ar. ἐπινίκια diem festum significarent, illa afferri non poterant, quod et titulus non antiquior videtur esse „medio fere primo ante Christum saeculo“ (Boeckh.), et praepositio a Boeckhio suppleta est. Festorum vero nominibus ἐν praepositio ab Atticis fere non additur; apud Ar. certe constanter in simplici dativo plerumque sine articulo ponuntur, ut Θεσμοφορίοις Av. 1519, τοῖς Θ. Th. 182, Θησείοις Pl. 627, Παναθηναίοις N. 386. 988. R. 1090, Σκίροις Th. 834. Ec. 18. 59, Στηνίοισι Th. 834, τοῖς Χουσί A. 1211. De aliis v. Kr. I, 48, 2, 1. Kuehner. II, p. 385. Meisterh. p. 170, 24 et 187. Frohberger. ad Lys. 1, 20 (Anh.).

Seorsum pono bella proeliaque.

μάχη: E. 571 εἰ πέσοιεν εἰς τὸν ὤμον ἐν μάχῃ τινί. 587 τὴν ἐν στρατιαῖς τε καὶ μάχαις ἡμετέραν ξυνεργόν.

V. 1061 ἄλκιμοι—ἐν μάχαις. 1077 ὠφελῆσαν ἐν μάχαισιν.

P. 445 ἐν ταῖσιν μάχαις πάσχοι τοιαῦτα. 1190 ὄντες οἴκοι μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες.

πόλεμος: A. 651 κἀν τῷ πολέμῳ νικήσειν, ubi κἀν a Blaydesio recte pro καί librorum restitutum est.

Ec. 679 τοὺς ἀνδρείους ἐν τῷ πολέμῳ.

Pl. 184 κρατοῦσι—κἀν τοῖς πολέμοις.

προσβολή: E. 389 ἐὰν νυνὶ μαλάξῃς αὐτὸν ἐν τῇ πρ.

στρατιά: E. 587 v. μάχη.

Th. 828 ἐν ταῖς στρατιαῖς ἔρριπται τὸ σκιάδειον.

5) Huic usui is proximus est, cum *tempus* designatur, quo aliquid fit. Atque hic tria genera discernimus: unum, cum tempus indicatur, cuius unum vel plura momenta aliquid durat (a), alterum, cum temporis spatium notatur, *per* quod omne aliqua actio vel status manet (b), tertium, cum temporis spatium designatur, *intra* quod aliquid factum est (c).

a) E. 420 κἀγὼ 'ν τοσούτῳ τῶν κρεῶν ἔκλεπτον, quod Kockius germanice vertit „in dem kurzen Augenblick".

N. 310 θυσίαι θαλίαι τε παντοδαπαῖς ἐν ὥραις. 1008 (anap.) ἦρος ἐν ὥρᾳ χαίρων (v. Kr. I, 48, 2, 7: χειμῶνος ὥρᾳ πλεῖν [And.]).

P. 272 ἀπόλωλε — κἀν δέοντι τῇ πόλει, ubi ad δέοντι audias καιρῷ.

R. 63 μυριάκις — ἐν τῷ βίῳ (ἐπεθύμησα ἔτνους). 243 εἰ δή ποτ' εὐηλίοις ἐν ἁμέραισιν ἡλάμεσθα. 358 μὴ 'ν καιρῷ τοῦτο ποιοῦσιν „intempestive".

Ec. 243 ἐν ταῖς φυγαῖς—ᾤκησ' ἐν Πυκνί quod est „tempore fugarum", si ᾤκησα aoristus inchoativus est („domicilium collocavi"); sin aor. summarius („habitavimus"), ἐν ταῖς φ. ad alterum genus referendum est, ut valeat „per omne fugarum tempus" (cf. R. 931). Quorum illud mihi verisimilius videtur.

Pl. 50 σφόδρ' ἐστὶ σύμφορον τὸ μηδὲν ἀσκεῖν ὑγιὲς ἐν τῷ νῦν χρόνῳ „hoc tempore" vel „ut tempora nunc sunt" (Bl.). 1127 πλακοῦντος τοῦ 'ν τετράδι πεπεμμένου. Elmsleius (ad Ach. 343) et Bachmannus (p. 95) recte in praepositione offenderunt: „solet enim simplici dativo significari, quo mensis die aliquid fiat (v. Krüg. I, 48, 2, 1)" (sequuntur apud B. exempla). Cf. E. 1334 et V. 711 τοῦ Μαραθῶνι τροπαίου, ubi ἐν, quod ante Μαραθῶνι (τοῦ 'ν) in codicibus legitur, a Bentleio sublatum est.

Huc pertinet ἐν ὥρᾳ, quod „in tempore, mature, suo tempore", interdum etiam „mane" valet.

N. 1117 ἣν νεᾶν βούλησθ' ἐν ὥρᾳ τοὺς ἀγρούς, ubi schol.: ἀντὶ τοῦ ἐν καιρῷ.

V. 242 ἐν ὥρᾳ ἥκειν, ubi schol.: ὥρα δὲ νῦν οὐχ ὁ καιρὸς, ἀλλὰ ταχέως: quae interpretatio vereor ne non vera sit: neque enim cito, sed in tempore vel mane Cleo senes adesse iussisse videtur. Atque „in tempore" Passovius quoque et Papeus in lexicis in v. ὥρα intellegunt. Cf. etiam 689 ἥκειν — πρῳ κἀν ὥρᾳ, ubi schol.: τοῦ ὡρισμένου καιροῦ.

P. 122 ἕξετ' ἐν ὥρᾳ κολλύραν „mature".

Ec. 395 τοσοῦτον χρῆμ' ὄχλου οὕτως ἐν ὥρᾳ ξυνελέγη, ubi schol.: ἀντὶ τοῦ ὄρθρου.

b) P. 943 ἐπείγετε—ἐν ὅσῳ—κατέχει πολέμου—αὔρα. Eadem locutio occurrit in Ec. 1152.

R. 931 ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα.

Ec. 1152 ἐν ὅσῳ—καταβαίνεις,—ἐπᾴσομαι μέλος.

Fr. 278, 3 μὴν ὁ μαιμακτηρίων, ἐν ᾧ ποιοῦμεν τὰς δίκας καὶ τὰς γραφάς.

c) Pl. 244 θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνου, ubi vulgo legitur χρόνῳ, de quo v. Bachmanni egregiam disputationem (p. 69): „brevissimo momento temporis", i. e. „nondum momentum temporis exierat, cum"...

6) Quibus expositis iam dicendum est de paucis locis, ubi praepositio *rem* significat, *in qua aliqua actio vel qualitas cernitur.*

E. 557 μειρακίων—λαμπρυνομένων ἐν ἅρμασιν.

V. 1504 ἐν τῷ ῥυθμῷ — οὐδέν ἐστι, ubi schol.: ἀντὶ τοῦ οὐδὲν οἶδε τοῦ ῥυθμοῦ.

R. 1122 ἀσαφὴς — ἦν ἐν τῇ φράσει τῶν πραγμάτων „obscurus erat in rebus enuntiandis", quem versum pro subditicio Velsenus alii recte habent (v. Mein. V. p. 175).

Fr. 469 ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν, quod proverbium plenius legitur in Plat. Gorg. 514 E ἐν τῷ πίθῳ τὴν κεραμείαν (ἐπιχειρεῖν) μανθάνειν; dicitur autem in iis, „qui neglectis artium primordiis statim difficiliora aggrediuntur" (Stallb. ad h. l.). V. schol. ad Plat. Lach. 187 B ap. Kockium.

7) Sequuntur loci, ubi dativus, cum praepositione coniunctus, paene solius dativi instrumentalis partes sustinet. De hoc instrumentali usu apud Pindarum egregie disputavit Bosslerus, cuius verba—nam in Ar. quoque cadunt—liceat mihi afferre. „Quae vox

(= instrumentalis), inquit, si recte intellegatur, servari potest; nam plerisque eis locis, ubi ille usus invenitur, id quod praepositione ἐν significatum est, ita intellegi potest, ut sit instrumentum vel id, cuius ope et auxilio aliquid efficitur; immo Latinae linguae scriptores solo ablativo instrumentali vel praepositione *per*....utuntur, ubi idem dicendum est, quod Pindarus praepositione ἐν indicavit. Sed si quis hanc pro praepositione instrumentali vel pro nudo dativo instrumenti positam esse dicat, errat... Summum in hac re credimus hoc esse. Pindarus, ubi praepositione ἐν utitur, certam rationem sequitur atque primariam eius vim tenet; quae vis etiam tum cognosci potest, si nos instrumentalem casum vel praepositionem exspectemus; nam saepe quod nos instrumentum esse dicimus, quo quis aliquid efficiat, Pindarus tanquam locum vel etiam statum habuit, in quo ipso actio fiat. Nonnunquam in nostra quoque et in Latinorum linguis hae rationes, localem dico et instrumentalem, permutatae inveniuntur; eodem iure atque nullo fere discrimine dici possunt: *in manu ensem quassare* et *manu ensem quassare;* itidem in nostra lingua" (p. 19—20).

A. 986 (chor.) τὰς χάρακας ἧπτε—ἐν τῷ πυρί. Haec est codicum lectio. Sed cum stropha et antistropha huius carminis paeonici accuratissime inter se respondeant, in antistrophico autem versu respondenti loco ἅπαν positum sit, recte videtur Hermannus ἔτι pro ἐν scribi iussisse. Ceterum per se ipsum ἐν πυρὶ ἅπτειν nihil habet, quod reprehendatur: nam eadem ratione dictum est, qua ἐν πυρὶ καίειν (Il. 24, 38), in choro autem Homerica locutio admitti potest. 1135 ἐν τῷδε (=τῷ χοῖ) πρὸς τοὺς συμπότας θωρήξομαι, ubi θωρήξομαι schol. per μεθυσθήσομαι interpretatur; praepositio autem eandem vim habet, atque in πίνειν ἐν ποτηρίῳ (v. Passov. Lex. II, p. 908 b.).

E. 459 τὸν ἄνδρα — ὑπῆλθες ἐν λόγοισιν. Simillimas dictiones habes etiam in P. 735, Av. 905, Pl. 488, „in quibus id, quo aliquid efficitur, tanquam ea res habetur, in qua actio ipsa apparet vel cernitur" (Bosslerus, p. 21). 1047 (τεῖχος καὶ ξύλον) ἐν ᾧ σε σώζειν τόνδ' ἐκέλευσ' ὁ Λοξίας.

N. 286 (chor.) ὄμμα—αἰθέρος— σελαγεῖται μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς „oculus aetheris (=sol) coruscat lucido iubare".

P. 735 αὐτὸν ἐπῄνει—ἐν τοῖς ἀναπαίστοις.

Av. 905 Νεφελοκοκκυγίαν—κλῆσον τεαῖς ἐν ὕμνων ἀοιδαῖς.

Th. 456 ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχανοῖς τραφείς „agrestibus oleribus innutritus“. Cf. R. 729.

R. 340 ἔγειρε—λαμπάδας, ἐν χερσὶ τινάσσων. 729 τραφέντας ἐν παλαίστραις καί χοροῖς καὶ μουσικῇ; cf. Plat. Crit. 50 D ἐν γυμναστικῇ καὶ μουσικῇ παιδεύειν.

Pl. 488 ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντες „allatis rationibus contradicentes“ vel „oppugnantes eius orationem rationibus“.

8) Sequuntur locutiones adverbiales.

ἐν βραχεῖ: Th. 177 (qui versus Euripidis est) ἐν βραχεῖ πολλοὺς—συντέμνειν λόγους „breviter“, ubi ἐν videtur eo sensu usurpatum esse, de quo modo egi, ut ἐν βραχεῖ proprie sit (ἐν) βραχεῖ λόγῳ „paucis verbis“, „brevibus“. Cf. Soph. El. 673 ἐν βραχεῖ ξυνθεὶς λέγω. O. C. 1581 οὐδ' ὁ μῦθος ἐν βραχεῖ φράσαι πάρεστιν.

ἐν δίκῃ, quod idem valere ac δικαίως e Th. 830 apparet. E. 258 ἐν δ. (τύπτει).

N. 1332 ἐν δ. σ' ἔτυπτον. 1333 πατέρα τύπτειν ἐν δ. 1379 ἐν δ. γ' ἂν (τύπτοιο).

V. 421 οἵς γ' ἀπώλεσαν Φίλιππον ἐν δ., ubi Richterus: „schol., inquit, ἐν δίκῃ male interpretatus est ἐν τῇ δίκῃ, ἀντὶ τοῦ δικάζοντες: quod poeta procul dubio dixisset ἐν τῇ δ., si de causa ipsa voluisset dicere. Ἐν δίκῃ idem est quod ὀρθῶς, δικαίως, idque saepe obvium est... Fatetur Bdelycleo, senes Philippum iure condemnasse“. 508 ἐν δ. (αἰτίαν ἔχεις ταῦτα δρᾶν).

P. 628 ἐν δ. (τὰς κράδας κατήσθιον).

Th. 830 ἐν δ. μεμψαίμεθ' ἂν τοῖσιν ἀνδράσιν δικαίως „iure meritoque“.

ἐν καλῷ: Ec. 321 ἡ πανταχοῦ τοι νυκτός ἐστιν ἐν καλῷ, quod idem est, ac si dixisset καλόν ἐστι „opportunum, commodum est“; cf. Th. 292, p. 17.

ἐν κύκλῳ (invenitur etiam κύκλῳ, ut Th. 999 alibi): A. 998 περὶ τὸ χωρίον ἐλᾷδας ἅπαν ἐν κύκλῳ (ἐλάσαι).

E. 170 κάτιδε τὰς νήσους ἁπάσας ἐν κ.

V. 133 τὴν αὐλὴν ἅπασαν δικτύοις καταπετάσαντες ἐν κ. 432 τὠφθαλμὼ 'ν κύκλῳ κεντεῖτε, quod Meinekeus ex Elmslei coniectura edidit: nam in Rav. legitur τὠφθαλμων κύκλῳ, in ceteris τὠφθαλμὼ κ. 924 περιπλεύσας θυῖαν ἐν κ.

Av. 118 καὶ γῆν ἐπέπτου καὶ θάλατταν ἐν κ.

L. 267 ἐν κ. θέντες τὰ πρέμνα ταυτί.

Pl. 679 περιῆλθε τοὺς βωμοὺς ἅπαντας ἐν κ. 708 ἐν κ.—περιῄει.

ἐν μέρει aut „ordine", „alius post alium" significat, ut in V. 1319, aut sive nudum sive addito articulo „in vicem", ut ceteris omnibus locis.

V. 1319 περιύβριζεν αὐτοὺς ἐν μ., quod schol. καθ' ἕκαστον interpretatur.

Av. 1228 ἀκροατέ' ὑμῖν ἐν μ. τῶν κρειττόνων.

L. 540 ὅπως ἂν ἐν τῷ μ. χἠμεῖς—συλλάβωμεν.

R. 32 ἐν τῷ μ.—τὸν ὄνον — φέρε, ubi schol.: ἀντὶ τοῦ, κατά τι μέρος, κατὰ τὴν ἀμοιβήν. 497 ἐγὼ — ἔσομαί σοι σκευοφόρος ἐν τῷ μ., quod schol. ἐν ἴσῃ μερίδι explicat.

ἐν τάχει = ταχέως: V. 1438 εἰ—ἐν τ. ἐπίδεσμον ἐπρίω.

9) Restat, ut eos locus enumerem, ubi in libris praepositio legitur, sed a Meinekeo aliisque deleta est.

A. 533 μήτε γῇ μήτ' ἐν ἀγορᾷ, quod, cum in codicibus contra metrum μήτ' ἐν γῇ legatur, Bentleius scribi iussit. Vide exempla a Blaydesio ad h. l. allata. Idem error occurrit in E. 610 μήτε γῇ μήτ' ἐν θαλάττῃ, quod pro μήτ' ἐν γῇ librorum scriptum est.

A. 1210 τάλας ἐγὼ ξυμβολῆς βαρείας, ubi quod post ἐγώ legebatur τῆς ἐν μάχῃ delevit Botheus, ne iocus periret; v. Blaydes. ad h. l.

E. 781 Μήδοισι διεξιφίσω περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι, ubi contra metrum in libris legitur ἐν M. Similiter in E. 1334 Rav. τοὐμμαραθῶνι, Ven. τοῦ 'ν Μαραθῶνι, in V. 711 Rav. et Ven. τοῦ 'ν M. habent, pariterque in Fr. 413, ex Athenaeo sumpto, codices τοὐν M. habent. (V. infra διά). Sed cum neque apud Ar., neque apud Eupolidem (apud alios enim poetas omnino non occurrit) nullus inveniatur locus, ubi numeri ἐν M. postulent, recte Bentleius aliique statuerunt, praepositionem iis quoque locis, quibus metro admittatur, delendam esse. Cf. Cobeti V. L. p. 201. In contrariam partem disputant Fritzscheus ad Th. 806 et Kockius ad Fr. 413.

E. 1271 (chor.) σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας Πυθῶνι δίᾳ μὴ κακῶς πένεσθαι, ubi metro repugnante in libris legitur ἐν δίᾳ, quod correxit Dindorfius. Kockius confert Pind. Pyth. 7, 10 οἳ τεόν γε δόμον (τεὸν τέμενος Bergk.) Πυθῶνι δίᾳ θαητὸν ἔτευξαν.

V. 1523 (chor.) ταχὺν πόδα κυκλοσοβεῖτε: ita emendavit Dindorfius codicum lectionem πόδ' ἐν κύκλῳ σοβεῖτε, ut versui strophico 1518 responderet.

Av. 1094 φύλλων τε κόλποις ἐνναίω: haec e Bergkii coniectura Meinekeus in exemplum recepit, cum libri scriptum habeant ἐν κόλποις ἐνναίω praeter solum C, ubi ἐν κόλποις ναίω legitur, quod Kockius, Blaydesius alii receperunt. Sed Bergkii coniectura praestantior mihi videtur: potius enim interpolatorem dativo κόλποις, quam verbo ναίω ἐν addidisse crediderim. Vide tamen Bambergii 1885, p. 5, qui in Pl. 845 Ravennatem male ἐνεμυήθης pro simplici ἐμυήθης exhibere demonstrat.

Av. 1735 (chor.) Ἥρᾳ—ἄρχοντα—Μοῖραι ξυνεκοίμισαν τοιῷδ' ὑμεναίῳ: in libris dativo τοιῷδ' ὑμ. adiunctum est ἐν, quod cum neque per se ipsum quidquam offensionis habeat, et versu antistrophico 1741 τῆς τ' εὐδαίμονος Ἥρας (ita enim in codicibus legitur) satis defendatur, temere mihi videtur Dawesius et qui eum secutus est Meinekeus metri causa in v. 1735 praepositionem delevisse, in v. 1741 autem τῆς τ' εὐδαίμονος in κεὐδαίμονος mutasse. Nam Dawesius de hoc loco sic disputat. „Ultimi duo versus, inquit, metri leges violant. Huiusmodi utique systematum ea est indoles, ut primae syllabae communi subiciantur in versibus acatalectis dactylus et creticus; in catalecticis dactylus et spondeus. Hoc autem metrum eorum in numero venit, quorum ultimis syllabis nulla permissa est licentia, praeterquam in clausula catalectica. Atque versus quartus cretici loco tribrachyn [nam in libris legitur ξυνεκόμισαν] duobus temporibus minorem praefert. Ultimus eiusmodi est, cuius proprium esse video aliud versuum systema claudere, in quibus scilicet dactylus cum cretico non iam syllabae communi, sed spondeo vel trochaeo subiungitur: cuiusmodi est Julii et Manliae [Manlii et Juniae] epithalamium a Catullo conscriptum, nisi quod ibi primus nonnunquam pes iambus adhibeatur. Eodem etiam nomine corruptum est, quod antistrophen claudit: τῆς τ' εὐδαίμονος Ἥρας. Sic rescribendum censemus: Ἥρᾳ ποτ' Ὀλυμπίᾳ—Μοῖραι ξυνεκοίμισαν (idem cubile ascendere fecerunt) | Τοιῷδ' ὑμεναίῳ... Istud autem τοιῷδ' ὑμ. rectius dici quam ἐν τοιῷδ' ὑμ. nemo non agnoscet, nisi qui in Graeco sermone sit hospes. Antistrophe denique sic claudenda est: κεὐδαίμονος (i. e. καὶ εὐδ.) Ἥρας". Duo igitur sunt, quae hic Dawesium offendunt: brevis ultima in ξυνεκοίμισαν et quintus versus ad aliud systema pertinens. De his rebus cum Th. Corschium, dilectissimum magistrum meum, consulerem, haec mihi vir doctissimus respondit: „Si dis placet, inquit,

Dawesii emendationem, si modo emendatio vocari potest, tantum abest ut necessariam esse ducam, ut mirer, quomodo propter tam leves causas verba poetae et in stropha et in antistropha mutare ausus sit. Nam, ut a priore eius dubitatione ordiar, metrum ῡ — ◡◡ — ◡ — petitum est ab Aeolensibus lyricis (v. Sapphus fr. 50 B.), Aeolenses autem modo συναφείᾳ versus conectunt, ut in Sapphus fr. 2, 9 sq.: Ἀλλὰ καμ μὲν γλῶσσα ἔαγε, λέπτον δ' Αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑπαδεδρόμακεν, modo hiatum admittunt, ut in eiusdem fr. 1, 21 sq.: Καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει, Αἰ δὲ δῶρα μὴ δέκετ', ἀλλὰ δώσει. Idem apud Aeolensium imitatorem Horatium in stropha Sapphica et in consociatione versus Glyconei cum Asclepiadeo minore invenimus. Nulla igitur causa est, quare Aristophanem non idem facere potuisse putemus. Et vero in Pace v. 1349 τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύ, ut tu recte observavisti, in eodem versuum systemate atque in Avibus brevem ultimam pro longa admissam videmus. Nec maioris momenti est altera Dawesii dubitatio. Nam ut in illo Catulli epithalamio (61) strophae e binis systematis componuntur, quorum alterum ternos, alterum binos versus continet, ita apud Aristophanem quintus strophae et antistrophae versus cum sexto eiusdem metri (⏒ — — ◡ ◡ — —) alterum systema facit".—Quod vero Dawesius putat, τοιῷδ' ὑμ. rectius dici quam ἐν τοιῷδ' ὑμ., ne hoc quidem ei assentior. Ἐν enim hic eam actionem indicat, quae aliam comitetur, ut in Th. 993 ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις ἀναχορεύων, ubi Velsenus temere σύν pro ἐν reposuit. Ἐν τοιῷδ' ὑμ. igitur est „inter tale carmen nuptiale" („при такой пѣсни, съ такой пѣснью"), vel „tale carmen canentes". Solus autem dativus necesse est sit causalis, quod ad sensum parum aptum est: num *propter* carmen nuptiale Iuppiter et Iuno idem cubile ascenderunt? Reliquum est, ut Kockio errorem demam. Is verbum ὑμέναιος hic Germanice „Hochzeitsfeier" interpretatur,—neque recte neque necessario, ut videtur: nam cum alibi, quod sciam, ὑμέναιος aut carmen nuptiale, aut nuptias ipsas significet, tum hic carmen nuptiale valet; cf. vv. 1729—1730 ὑμεναίοις ᾠδαῖς.

Restat unus locus — Fr. 274 ἐν κωμήτισι καπηλοῖς ἐπίχαρτον, — qui ita corruptus est, ut certa emendatio fieri non queat, cum praesertim, in quo contextu fuerit, nesciamus.

ΣΥΝ. ΞΥΝ*.

De forma. Ar. utraque forma et σύν et ξύν usus est, sed illa frequentius, ut videtur, quod numeris, multo saepius σύν, quam ξύν, flagitantibus, confirmatur. Nam σύν in ipsa praepositione 6 locis metro postulatur (Av. 1722. L. 1039. 1143. R. 444. 1199. Fr. 100), ξύν autem tantum 2 locis (N. 580. V. 359); ceteris 15 locis utrumque metro admittitur. Eadem fere ratio inter σύν et ξύν in compositis quoque intercedit, ubi illud 86 locis, hoc 23 locis numeris postulatur.

De usu. Semel in *tmesi* legitur: P. 1274 σύν ῥ' ἔβαλον, quae verba ab Homero sunt deprompta (Il. 4, 447). Ceteris 23 locis praepositio est, dativo adiuncta. Huius praepositionis usus apud Ar. angustis admodum finibus circumscriptus est: nam exemptis 8 locis, quorum 7 Ar. e tragicis desumpsit, (V. 1081 bis. P. 356 bis. Th. 1034. R. 1207. 1289), unum (Th. 102) aut ad verbum ab Agathone deprompsit, aut certe ad eius exemplum composuit, restant 15 loci, quorum 5 (N. 604. Av. 1722. Th. 716. 993 [e Velseni coniectura]. R. 444) in carminibus choricis leguntur, unus (L. 1143) in Lysistratae oratione, sublimiore genere dicendi utentis; aliis 8 locis praepositio in locutionibus usu tritis atque, ut ita dicam, stereotypis invenitur (L. 1039 in proverbio, V. 1085. R. 1199. Pl. 114 in locutione σὺν θεῷ (θεοῖς), V. 359. L. 555. 558 in locutione ξὺν ὅπλοις, N. 560 in locutione μηδενὶ ξὺν νῷ). Quibus subductis, iam restat unus locus (fr. 100, 4), ubi σύν ea vi dictum est, qua omnes Attici dicere solebant. Iam ad singula transeamus.

1. Ac primum quidem σύν *coniunctionem* personarum designat, idque ea ratione, ut personae, quibus σύν iunctum est, modo secundas partes agant alteriusque personae, quae subiecti vice fungitur, quasi additamentum et comitatus sint (a), modo primas partes agant, iisque persona, subiecti vicem gerens, se applicet (b). Cf. Mommsen. I, p. 55.

---

* De huius praepositionis forma et usu Aristophaneo iam ante me egregie disputavit Bachmannus (§ 63), cui multa debeo. Cf. Bamberg. 1885, p. 2.

a) L. 1143 ἐλθὼν—σὺν ὁπλίταισι τετρακισχιλίοις Κίμων.

R. 1207 Αἴγυπτος - ξὺν παισὶ—κατασχών.

b) L. 1039 οὔτε σὺν πανωλέθροισιν οὔτ' ἄνευ πανωλέθρων „neque cum perniciosissimis nec sine perniciosissimis vivi potest".

R. 444 ἐγὼ δὲ σὺν ταῖσιν κόραις εἶμι καὶ γυναιξίν.

2. Deinde praepositio de dis dicitur, quorum *auxilio* aliquid fit.

V. 1085 ἐσωζόμεσθα ξὺν θεοῖς.

R. 1199 σὺν τοῖσιν θεοῖς—τοὺς προλόγους διαφθερῶ.

Pl. 114 σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται „deo approbante dictum esto", i. e. „faxit deus".

3. Tertia notio praepositionis ea est, cum de *rebus* dicitur, quae aliquem quasi comitantur, h. e. quae corpori sunt impositae aut manibus gestantur, ut vestis, arma, alia.

ξὺν ὅπλοις: V. 359 ξ. ὅ. ἄνδρες ὁπλῖται διαταξάμενοι—σκοπιωροῦνται.

L 555 ξὺν ὅπλοισιν ἀγοράζοντας. 558 περιέρχονται ξὺν ὅπλοις.

ξὺν δόρει ξὺν ἀσπίδι: V. 1081 ἐκδραμόντες ξ. δ. ξ. ἀ.

P. 536 πλανώμενοι—ξ. δ. ξ. ἀ.

Alia:

N. 604 σὺν πεύκαις σελαγεῖ.

R. 1289 πέμπει σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι.

4. Semel praepositio ita dicta est, ut, qua *ratione* aliquid fiat, significet.

N. 580 ἦν—ᾖ τις ἔξοδος μηδενὶ ξὺν νῷ „si qua expeditio fit nulla ratione".

5. Eadem usurpatur, cum de *dictis* agitur, aliquam actionem comitantibus.

Th. 993 ἐρατοῖς σὺν ὕμνοις—ἀναχορεύων, ubi σύν inutili Velseni coniecturae debetur, cum libri ἐν exhibeant. Cf. quae p. 30—31 in loco simillimo Av. 1735 disputavimus. 1034 γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν παιῶνι, δεσμίῳ δὲ γοᾶσθέ με.

6. Nec praetereundus est is usus, ex quo praepositio „cum nomine suo praegnanter vicem sustinet totius enuntiati, modali atque circumstantiali vi externam *rerum conditionem* describens, cui actio vel status aliquis ita iunctus est, ut simul causalis quidam nexus intercedere cogitetur" (quod nos dicimus „при").

Av. 1722 περιπέτεσθε μάκαρα μάκαρι σὺν τύχᾳ, quod Bachmannus (p. 110) vereor ne parum recte, causam efficientem, e qua quid

necessario proveniat, praepositione indicari ratus, ita interpretetur: i. e. μάκαρι τύχῃ συνόντα καὶ οὕτω μάκαρα γενόμενον „beata sorte fortunatum". Mihi vero simplicior explicatio futura esse videtur, si μ. μ. σ. τ. interpretemur „beatum, prospera fortuna comitatum" „счастливца съ его счастливой судьбой, при сч. с." Cf. Aesch. Suppl. 88 (Διὸς ἵμερος) πάντα τοι φλεγέθει κἀν σκότῳ μελαίνᾳ ξὺν τύχᾳ μερόπεσσι λαοῖς, quod Weilius ita vertit: (voluntas Iovis) „ubique enim vel in mediis tenebris per obscuram fortunae vicem effulget mortalibus".

Th. 102 ξὺν ἐλευθέρᾳ πατρίδι χορεύσασθε βοάν, quod idem est atque πατρίδος ἐλευθέρας οὔσης „cum patria libera sit". 716 τίς ἄν σοι, τίς ἂν σύμμαχος ἐκ θεῶν ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις, ubi si meminerimus, verba ξὺν ἀ. ἔ. cum σοί coniungenda, omnia plana erunt: „tibi cum improbis istis factis", i. e. cum facta tua improba sint.

7. Semel denique σύν apud Ar. eo significatu legimus, quo solo (praeter paucas locutiones) id Attici in sermone quotidiano usurpasse videntur, ut, aliquo numero addito, certam summam expleri significetur: „съ прибавленіемъ, считая съ" (cf. Karlowae p. 8): Fr. 100, 4 δισχίλιαι (sc. δραχμαί)—εἰσὶ σὺν ταῖς Νικίου „duo milia sunt cum Niciae drachmis".

Ε Ι Σ. Ε Σ.

De forma. Utra forma, εἰς an ἐς, Attici Aristophanesque usi sint, „grammatici certant et adhuc sub iudice lis est". Nec mirum: quot capita, tot sententiae.

Hi omnes in quattuor fere partes discedunt, quarum una libris obtemperandum atque, utram formam optimi praebeant, eam ex Aristophanis manu profectam esse censet; alii, quo in numero sunt Dindorfius (ad Ach. 242), Engerus (ad Lys. 2), Meinekeus (Praef. ad Ar.), ante vocales litteras semper fere εἰς, ante consonantes ἐς apud Ar. scribunt; alii, ut Elmsleius (ad Ach. 42), Weckleinius (Curae epigr. p. 58), Bachmannus (§ 48), Meisterhansius (Gr. der Att. Inschr. § 83, 14) omnino fere ἐς ex Ar. expellunt *; alii denique, ut Reisigius (Coni. p. 252), quem nostra me-

* Hanc rationem etiam Velsenus in Thesm. et Eccl., quae a. 1883 editae

moria Wredeus (p. 63 sq.) secutus est, medium quendam locum tenent, ut ante consonantes quidem utramque formam promiscue, prout aures suadeant, ponant certasque quasdam leges de ea re sibi Aristophanique constituant.

In tanta igitur opinionum discrepantia quid nobis statuendum sit, videamus. Ac primum quidem, si praepositio ante vocalem invenitur, ubicunque ex numeris quidquam colligi potest, semper fere εἰς metro postulatur; qui loci omnino 80 sunt numero (Bachm. p. 83), aliis 49 locis metrum nihil affert ad decernendum, utra forma usus sit Ar.; quibus locis deductis 9 tantum restant, ubi ἐς numeris postuletur: „at hi loci omnes excusationem habent.. ab elatiore fereque tragico genere dicendi" (Bachm. p. 83—84, ubi omnes loci enumerantur). Restat fr. 543, ubi metro postulante scribendum erat ἐς Ἔφεσον, οἱ δ' ἐς Ἄβυδον, idque Bachmannus recepit, cum diceret, ἐς hic a dialecto Ionica excusationem habere (nam Iones inducuntur loquentes). Sed quoniam Iones non magis quam Attici ἐς dicere solebant (de quo vide infra), Bergkio et Kockio assentior, in hoc fragmento lacunam statuentibus, ita ut εἰς Ἔφεσον... | οἱ δ' εἰς Ἄβυδον scribatur.

Similiter in compositis εἰς 94 locis metro postulatur, aliis 28 non postulatur; quod autem in fr. 461 ἐσίδω legitur, „ridet haud dubie poeta Euripidis Thyesten" (Kock.); sequitur, ut qui restant 2 loci (V. 147 et Th. 657), quibus ἐς metro exposcitur, corrupti sint iudicandi: et iam emendati sunt a vv. dd. Manifestum est igitur, id quod omnes fere consentiunt, libris non item dissentientibus, *Aristophanem, ubi quotidiano sermone uteretur, ante vocalem* εἰς *usurpasse;* ἐς *nisi in lyricis partibus aut parodiis non admisisse*, ut poetae tragici, lyrici, epici admittunt *.

Ante consonantem autem utra forma usi sint Attici saeculi V, e numeris nihil discimus neque aliud quidquam habemus, unde hoc certo cognoscamus. At multa sunt, quae etiam hic Atticos pro-

---

sunt, ascivit, cum ante in Ranis et Pluto (1881) libros diligentissime secutus esset.

* Hic mihi liceat simile ex nostris litteris affere. Unde scire possumus, quomodo Puschkinius noster «музыка» pronuntiaverit? Neque ipse, nec eorum, qui cum eo fuerunt, quisquam id tradidit. Sed quoniam in scriptis eius, ubicunque ea vox invenitur, «музы́ка», non «му́зыка» legendum est, iure colligimus, ipsum ita dicere solitum esse.

ductiorem formam usurpasse probabile faciant. Quod ut facilius intellegi possit, primum demonstrabo, nihil esse, quo ἐς commendetur, deinde qua de causa ἐς a dialecto Attica abhorrere putandum sit, denique quibus rationibus εἰς Atticis vindicandum sit.

Ac primum quidem de Dindorfii lege dicendum est. „Discrimen, inquit (ad Ach. 242), inter duplicem praepositionis formam εἰς et ἐς apud comicos hoc intercedit, ut εἰς ante vocales, ἐς ante consonantes scribatur". Cuius rei prorsus nulla ratio afferri potest. Nam quod in titulis saeculi V ἐς scriptum invenitur, documento esse non potest, quia e consuetudine eius aetatis E littera tres sonos significat ε, ει, η; atque ἐς ibi etiam, ubi longa syllaba numeris postuletur, scriptum esse ex nonnullis titulis discimus, metro inclusis (vide duos titulos apud Meisterhansium p. 174, quibus adde tertium C. I. A. I, 481, ubi ἐς Ἀΐδαο aequat εἰς Ἀ).

Eadem de causa codicum scriptura pro nihilo habenda est. Mitto enim, quod neque semper, neque omnes ante consonantes ἐς praebent; sed etiamsi omnes libri in utralibet forma consentiunt, nihil inde proficitur: nec enim dubito, quin Aristophanes eiusque aequales e consuetudine eius temporis semper ἐς *scripserint*; quod quomodo *dixerint*, e nullo codice cognosci potest. Scio, quid huic opinioni opponere soleant. Stahlius enim (p. 42), ut demonstret, Thucydidem ἐς, non εἰς dixisse, id quod optimorum librorum consensu comprobetur, negat ulla indicia esse, quibus Th. antiquiore litteratura usum esse appareat, quam ne Euripidem quidem adhibuisse eius fr. 385 (Dind.) ostendat. At ex hoc loco discimus, qua forma η litterae Euripides usus sit, quod ad nostram quaestionem non pertinet: nam et Iones ipsi, cum iam η litteram proprio signo (H) notarent, ει monophthongum saeculo V atque etiam IV per E solum scribebant (Meisterh. p. 175), et Attici, eorum litteratura recepta, satis constanter usque ad a. 380 eadem ratione scribendi usi sunt (Meisterh. § 3, 7, p. 5).

Ac de prima quidem parte satis dictum est; sequitur, ut doceam, qua de causa ἐς ab Attica dialecto abiudicandum censeam. Quod ut ostendam, quaerendum est, cur Attici ante vocalem hac forma abstinuerint. Non insuave hoc fuisse eorum auribus vel ex eo colligitur, quod poetae Atticorum tragici, elegiaci (veluti Solo) itemque tituli Attici, metro inclusi (v. Meisterhans. p. 174), ipse denique Aristophanes in lyricis partibus et parodiis non dubitarunt,

vocali sequente, ἐς dicere: ergo alia fuit causa, cur in usitato sermone id facere nollent: haec vero causa procul dubio in eo quaerenda est, quod ἐς iis temporibus obsoletum atque elatioris generis dicendi, a quotidiano sermone alieni, proprium esse videbatur. Elata autem vox ante consonantes non minus quam ante vocales elata manet. Quid quod etiam tragici ante vocales multo rarius breviore forma quam productiore utuntur? Apud Aeschylum enim, haec 32, illa 12 locis ad versum necessaria legitur; apud Sophoclem multo etiam rarius ἐς, ad εἰς comparatum, invenitur: hoc 68—ies, illud 11—ies; ex Euripidis denique fragmentis mihi enotavi εἰς 35—ies, ἐς 12—ies *.

Tertium est propositum, ut doceam, quibus rationibus Atticis εἰς vindicandum sit.

Atticos saeculi V ante consonantes sine ulla dubitantia εἰς dixisse, ex uno titulo eius aetatis (C. I. A. I, 324) cognoscitur, ubi εἰς τὴν ὀροφήν alia id genus exarata inveni **. Tum vero, increbrescente consuetudine ει monophthongum per binas litteras scribendi, etiam scriptura εἰς magis magisque increbrescit atque saeculo IV, nulla ratione sequentis litterae habita, utraque forma promiscue in titulis invenitur, veluti εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐς αὔριον (Meisterh. p. 174), et qui postremum Ε pro ει in infinitivo ἀποδώσΕν praebet titulus anni 334 (C. I. A. II, 804), idem postremum formam ἐς exhibet.

---

* Miror igitur Weckleinium (p. 59), Bachmannum (p. 87) alios, qui cum haec non ignorarent, tamen libris obtemperantes, quorum etiam consentientium, nedum fluctuantium, testimonium in tali re nullius momenti habendum est, probabile esse uno ore conclamaverint, tragicos ante consonantes ἐς praetulisse. Longius etiam a veritate abest Brunckii sententia cum alibi passim declarata, tum ad Aeschyli Prom. 478: «Id autem usu percepisse mihi videor, Atticos poetas εἰς et εἴσω fere non adhibuisse, nisi ubi metri necessitas cogeret; alias ἐς et ἔσω praetulisse». (Cf. Elmslei ann. ad Eur. Med. 88).

** Hic mihi Geyerum liceat paucis perstringere. Is (p. 19) docet, in v. I Corp. Inscr. Att. ἐς bis et vicies, εἰς duodevicies inveniri: quod quidem vehementer errat. Nam cum ipse v. I percurrerem, plus 50 locis ἐς enotavi; contra εἰς 9 tantum locis inveni, qui tamen omnes in uno titulo 324 leguntur, quorum 6 εἰς scriptum est; semel in composito εἰσεμπορεύεσθαι (t. 40) longiorem formam vidi; eodem fortasse εἰσαγο—in t. 113 pertinet. Idem errat, cum ibidem docet, in v. II ἐς non inveniri nisi in titulis eius voluminis prioribus, quorum ultimum locum teneat 86, 27: nam postremum in t. 804 invenitur (Meisterh. p. 175).

Nec mediocriter εἰς legibus dialecti Atticae commendatur. Nam si alibi ενσ, etiam consonanti sequente, in εισ ab Atticis mutabatur, veluti εἰστήλη pro ἐν στήλη (Meisterh. p. 174), cur praepositionem ἐνς (haec enim est eius antiquissima forma) ante consonantem in ἐς transisse putemus?

Similiter Iones productiore forma usos esse et e titulis apparet (Meisterh. p. 175), et Archilochi fragmentis confirmatur, apud quem ante vocales εἰς ter in tetrametris trochaicis (74, 6; 78, 2, 5), ἐς bis in elegis (5; 9, 7) inveni, quae res ideo notatu digna est, quod in elegis Homerum imitatur, in trochaeis autem „dialecto Ionum populari vestigia epicae linguae lenissime impressa sunt“ (Rennerus in Curtii „Studien“, I, p. 138). Quod autem Homerum ait Meisterhansius, ubicunque numeri indicio sint, longiore forma uti, hoc quidem egregie fallitur, in errorem inductus, ut videtur, falso testimonio veteris grammatici, a Weckleinio (Cur. epigr. p. 59) allato: εἰς — συμφώνου μὲν ἐπιφερομένου ἐκβάλλειν τὸ ι λέγεται, φωνήεντος δὲ ἐπιφερομένου φυλάττει (l. φυλάττειν): num oblitus est illud Homeri ἐς ἠέλιον καταδύντα (Iliad. 1, 401 etc.) alia multa? Quae cum ita sint, ἐς, quod apud Atticorum et Ionum poetas elegiacos et tragicos itemque in titulis Atticis, metro inclusis, haud raro invenitur, non ex Dorica dialecto (v. Meisterhans. p. 174), sed aut ex Homerica desumptum esse, aut e communi Ionum et Atticorum lingua antiquissima manasse putandum est.

Restat ut minutiora quaedam adiciam. In locutionibus ἐς κόρακας et ἐς μακαρίαν Attici breviore forma usi esse videntur; cuius rei disertum testimonium Helladii in Photii bibliotheca exstat (535, b, 2 Bekk.): οἱ Ἀττικοὶ κατά τι πάτριον ἔθος οὐ χρῶνται τῇ ει διφθόγγῳ ἐν τῷ λέγειν ἐς κόρακας ἢ ἐς μακαρίαν, ἀλλ' ἄνευ τοῦ διχρόνου ἐκφωνοῦσι τὴν πρόθεσιν· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων καὶ μετὰ τοῦ διχρόνου καὶ χωρὶς τοῦ διχρόνου τὴν πρόθεσιν λέγουσιν. Huc pertinet etiam coniunctio ἔστε, in qua nunquam εἰς invenitur. Similiter locutio κὰς e καὶ ἐς orta esse videtur. Nam quod Meisterhansius (p. 175) κὰς aeque recte e καὶ εἰς atque e καὶ ἐς oriri potuisse dicit, quod ει in εἰς non sit diphthongus, hoc quidem fallitur, ut me Corschius docuit. Κὰς enim ortum est e κα(ὶ) ἐς, ut ἐτίμας ex ἐτίμαες, neque e καὶ εἰς nasci potuit. Nam, ut αἴρω ex ἀείρω (= aĕirō ex averjō), εἶπον (= eîpon) ex ἔειπον (=éĕipon ex evévepon) natum est, ita e κα(ὶ) εἰς nasci necesse fuit καἰς. Quod ad

tragicum κεὶς attinet, ne hoc quidem e καὶ εἰς conflatum esse potest, sed per elisionem voculae καί ortum esse putandum est scribendumque κ' εἰς. Similiter perperam vulgo scribunt κεἰ, tu vero scribe κ' εἰ: nam καὶ εἰ, ubi ει diphthongus est, conflari debuit in κᾀ, ut ἀείδω in ᾄδω, τιμάεις in τιμᾷς (per τιμάαις), καὶ εἶτα in κᾆτα etc. — In his igitur omnibus locutionibus ἐς ex antiquissima Atticorum lingua servatum esse puto, cum utraque forma promiscue uterentur; postea cum alia multa, tum hanc supervacaneam formam e lingua sua expulerunt (cf. Rutherford. The new Phrynichus, p. 29).—De ἢ 'ς denique similibusque v. Kr. II, 13, 6, 5.

Illas vero nugas, quas Reisigius *, Porsonus Elmsleiusque ** alii de euphonia vel metri elegantia protulerunt, in malam rem iubeo abire: neque enim quidquid mihi iucundum est, idem est tibi et, si quid omnium etiam nostrum „auribus blanditur", non tale potest fuisse Graecis ***.

Iam quaerat quispiam, qui tandem factum sit, ut Aristophanis codices ante vocales ubique fere εἰς, ante consonantes saepius ἐς praebeant, si Aristophanes ipse ubique et semper ἐς scripsit. Hoc ita factum esse existimo. Posteriores, ubi brevior forma metro repugnabat, in longiorem eam immutarunt; quod cum ante vocales semper fieri observassent, eandem sibi cum nobis legem constituerunt, ut ceteris quoque locis ante vocales εἰς scriberent; ante consonantes autem ἐς plerumque intactum reliquerunt, cum non ignorarent, hanc quoque formam et apud Ar., et apud alios poetas reperiri.

Maior etiam iniuria illata est Thucydidi, quem semper ante vocales pariter atque ante consonantes ἐς dixisse vulgo putant, optimorum librorum testimonio confisi. Quod non verum esse, iis

---

* Coni. p. 252: «In arsi quinti pedis iambici in versu trimetro aptius solet cadere εἰς quam ἐς, praepositione cum nomine suo post ipsum verbum in fine simul enuntiationis sita: idemque statuo de extrema arsi in trochaicis versibus catalecticis». Quae Reisigii sententia «maxime arridet» etiam Wredeo (p. 77).

** Ad Heraclid. 271. «Sed hodie suspicor, tragicos in quinta senarii sede iambum spondeo praetulisse, saltem ubi diversam eiusdem vocis scripturam adhibendo brevem syllabam pro longa exhibere possent».

*** Eo magis ridicula res mihi videtur, quod, qui haec proferunt, Graecorum pronuntiatus prorsus imperiti esse convincuntur, siquidem, ut hoc utar, χωρεῖς γὰρ εἰς τὸ δίκαιον (Ar. R. 641) in χωρεῖς γ. ἐς τὸ δ. mutandum putant: quasi in εἰς et χωρεῖς ει aeque sonet!

quae dixi facile convicturum me spero. Nam si Atticorum poetae non solum comici, verum etiam tragici ante vocales quidem longe εἰς praeferebant, num Thucydidem credimus ipsis tragicis τραγικώτερον fuisse? Quod cum per se ipsum nullo pacto credi possit, tum eo confirmatur, quod Thucydides, quamvis magnificum genus dicendi usurparet, tamen scriptor fuit, non poeta, atque ut poeticis verbis aliis, veluti ἀνά, ἀμφί accusativo iunctis, rarissime usus est, aliis, veluti ἀνά, ἀμφί, μετά dativo iunctis, omnino abstinuit, ita non est verisimile, eum ἐς saepius quam illa dixisse, quod non minus illis poetarum proprium esse ab usitatoque sermone abhorrere ex Aristophanis parodiis apparet. Itaque consentio Meisterhansio (p. 102 edit. I), suspicanti, hanc esse antiquiorem scribendi rationem, ab Alexandrinis Thucydidi relictam.

Haec fere habebam, quae de forma praepositionis εἰς dicerem.

De usu. I. *Locali* sensu.

1) Primaria εἰς praepositionis vis ea est, ut, cum accusativo coniunctum, illud indicet, *in* cuius *interiora* motus dirigatur (in, „въ" c. acc.). Id autem, quo aliquid tendit, potest esse locus, res, animans, abstractum.

a) Ac primi quidem generis nomina sunt terrae, maris, caeli eorumque partium, cuiusmodi sunt:

ἀ γ ο ρ ά: A. 877 εἰς τὴν ἀ. ἐλήλυθας.

E. 147 προσέρχεται εἰς ἀγοράν.

V. 16 καταπτόμενον εἰς τὴν ἀ.

P. 1010 ἥκειν—εἰς τὴν ἀ.

Th. 457 εἰς ἀγορὰν ἄπειμι.

R. 1350 εἰς ἀγορὰν φέρουσα.

Ec. 62 ὁπόθ' ἀνὴρ εἰς ἀγορὰν οἴχοιτό μου, ubi Herwerdenus (Anal. cr. p. 53) sine causa ἐς τὸν ἀγρόν scribi iussit; quem recte refellit Bachm. p. 42.—681 εἰς τὴν ἀ. καταθήσω (τὰ κληρωτήρια). 711 βαδιστέον — ἐστὶν εἰς ἀγοράν. 728 ἵν' εἰς ἀγοράν γε τὰ σκεύη φέρω. 759 ἀποφέρειν αὐτὰ—εἰς τὴν ἀ. 819 ἐχώρουν εἰς ἀγοράν.

Pl. 874 εἰς ἀγορὰν ἰών.

ἀ γ ρ ό ς: E. 805 εἰς ἀγρὸν ἀπελθών. 1394 εἰς τοὺς ἀ. ἰέναι.

P. 536 διατρεχουσῶν εἰς ἀγρόν. 552 ἀπιέναι—εἰς ἀγρόν. 555 χώρει εἰς—ἀγρόν. 569 ἐλθεῖν εἰς ἀγρόν. 585 εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι. 1318 τὰ σκεύη — εἰς τὸν ἀγρὸν — κομίζειν, ubi Blaydesius et Bachmannus (p. 41) articulum in suspicionem vocant, quod alibi (praeter A. 32)

apud Aristophanem aliosque vocabulum ἀγρός „rus“, ubi pendeat e praepositione, in singulari positum, articulo careat. Recte, sed fortasse utramque Attici usurpabant, ut ἐν ἀγορᾷ et ἐν τῇ ἀγορᾷ utque pluraliter ἀγροί modo addito articulo, modo omisso dicebant. Versus causa duobus illis locis Aristophanem v. ἀγρός cum articulo posuisse suspicatur Weckleinius in censura libri Bachmanni (Philolog. Anz. X. p. 168). 1329 δεῦρο—εἰς ἀγρόν.

Fr. 107, 1 ἐξ ἄστεος—εἰς ἀγρὸν χωρῶμεν.

ἀ ή ρ: N. 230 τὴν φροντίδα λεπτὴν καταμίξας εἰς τὸν ὅμοιον ἀέρα. 762 ἀποχάλα τὴν φροντίδ' εἰς τὸν ἀ.

P. 81 αἴρεται—εἰς τὸν ἀ.

Av. 1140 ὕδωρ—ἐφόρουν κάτωθεν εἰς τὸν ἀ. 1173 εἰσέπτετ' εἰς τὸν ἀ.

α ἰ θ ή ρ: R. 1352 ἀνέπτατ' ἐς αἰθέρα.

ἄ λ σ ο ς: Th. 1149 ἥκετε—ἄλσος ἐς ὑμέτερον.

ἀ ν ά π α υ λ α: R. 185 τίς εἰς ἀναπαύλας ἐκ κακῶν καὶ πραγμάτων; ubi ἀν. est quasi terra quietis.

ἀ π ό π α τ ο ς: A. 81 εἰς ἀπόπατον ᾠχετο.

ἄ φ ο δ ο ς: Ec. 1059 εἰς ἄφοδον—ἐλθόντα.

β ά θ ο ς: P. 140 ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος.

Av. 1715 ὀσμὴ—εἰς βάθος κύκλου χωρεῖ.

β ά ρ α θ ρ ο ν: E. 1362 εἰς τὸ β. ἐμβαλῶ.

N. 1450 σεαυτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τὸ β.

R. 574 (quem versum Hamakerus et Velsenus in suspicionem vocant) εἰς τὸ β. ἐμβάλοιμί σε.

Pl. 1109 (ὑμᾶς) ἅπαντας εἰς τὸ β. ἐμβαλεῖν.

γ ῆ: Th. 1098 (Euripidis versus est) τίν' εἰς γῆν βαρβάρων ἀφίγμεθα;

R. 1128. 1153. 1156 (Aeschyli versus) ἥκω—εἰς γῆν τήνδε. 1163 ἥκειν—εἰς γῆν.

δ ῆ μ ο ς (pagus): A. 266 εἰς τὸν δ. ἐλθών.

ἐ κ κ λ η σ ί α: A. 28 εἰς ἐκκλησίαν νοστῶν.

Ec. 84 ἡκκλησία,—εἰς ἣν παρεσκευάσμεθα—βαδίζειν, ἐξ ἕω γενήσεται, ubi ἐκκλ. in relativa sententia locus, in primaria—actio intellegitur. 270 εἰς ἐ.—βαδίζειν. 289 χωρῶμεν εἰς ἐ. 352 βαδίζειν—εἰς ἐ. 490 εἰς ἐ.—ἦμεν. 740 ἀναστήσασά μ' εἰς ἐ., ubi ἀναστήσασα sensum praegnantem habet: „quae me excitasti, ut in concionem irem“. 935 εἰς ἐ. ἐλθών.

ἕδρα: E. 1405 σὲ—καλῶ—εἰς τὴν ἕ.

ἐρημία: L. 786 ἀφίκετ' ἐς ἐρημίαν.

κόλπος: R. 373 χώρει εἰς τοὺς εὐανθεῖς κόλπους λειμώνων.

κοπρών: Th. 485 εἰς τὸν κοπρῶνα—ἔρχομαι.

λειμών: R. 448 χωρῶμεν εἰς πολυρρόθους λειμῶνας.

λιμήν: Fr. 85 εἰς τὸν λιμένα, ubi verbum movendi, ut καταπλεῖν, simul auditur.

νεώριον: A. 921 ἂν εἰσπέμψειεν εἰς τὸ ν.

οὐρανός: V. 18 ἀσπίδα φέρειν—εἰς τὸν οὐ.

P. 70 ἀνερριχᾶτ' ἂν εἰς τὸν οὐ. 104 εἰς τὸν οὐ. (πέτεσθαι). 112 ἀπέρχεται—εἰς τὸν οὐ.

Av. 1249 πέμψω—πορφυρίωνας εἰς τὸν οὐ. 1686 ἴθι—εἰς τὸν οὐ.

πεδίον, πόκες: R. 186 τίς εἰς τὸ Λήθης πεδίον, ἢ 'ς ὄνου πόκας; quae poeta fingit loca apud inferos esse.

πόλις: A. 192 πρέσβεων εἰς τὰς πόλεις, quod breviter dictum est pro πρ. πεμπομένων εἰς τ. π.

Av. 1034 πέμπουσιν—ἐπισκόπους εἰς τὴν π.

L. 302 σπεῦδε—εἰς πόλιν. 338 στελέχη φέροντας—εἰς πόλιν. 912 πῶς—ἂν ἔλθοιμ' εἰς πόλιν.

Th. 812 οὐδ' ἂν—εἰς πόλιν ἔλθοι.

προεδρία: A. 42 εἰς τὴν πρ. ὠστίζεται.

τεῖχος: Av. 1209 εἰσῆλθες εἰς τὸ τ. „urbem ingressa es".

φῶς (φάος): P. 307 εἰς τὸ φῶς ἀνελκύσαι, quae vox ipsa illa quidem loci notionem nullam continet, sed hic et in iis, quae sequuntur, exemplis locali sensu instructa est. 445 εἰς φῶς ἀνελθεῖν.

Av. 699 γένος ἡμέτερον—ἀνήγαγεν εἰς φῶς.

R. 1529 εἰς φάος ὀρνυμένῳ, quae verba si non ipsius sunt Aeschyli, at certe ad eius exemplum comparata sunt.

χωρίον: P. 283 εἰς τἀπὶ Θρᾴκης χωρία χρήσαντες, ubi e χρήσαντες verbum movendi animo sumitur. 562 λιταργιοῦμεν—εἰς τὰ χωρία. 972 εἰς ταὐτὸ τοῦτο—ἰόντες χ.

Av. 1369 εἰς τἀπὶ Θρᾴκης ἀποπέτου, ubi χωρία simul auditur.

L. 743 ἕως ἂν εἰς ὅσιον μόλω 'γὼ χ.

χῶρος: L. 770 ὁπόταν πτήξωσι—εἰς ἕνα χ.

Iam sequuntur *nomina propria* locorum:

Ἄβυδος alia: Fr. 543 ὅκως ἔχων τὸν παῖδα πωλήσει 'ς Χίον, ἕτερος δ' ὅκως εἰς Κλαζομενάς, ἕτερος δ' ὅκως εἰς Ἔφεσον,... οἱ δ' εἰς Ἄβυδον.

Αἴγινα: V. 123 διέπλευσεν εἰς Αἴ.
Ἀκαδήμεια: N. 1005 εἰς Ἀ. κατιών.
Ἁλμυρίδες: Fr. 132, 1 βληθεῖσαν εἰς Ἁ.
Γέλα: Fr. 618 εἰς Γ. ἀφίξομαι.
Δελφοί: Av. 618 εἰς Δ.—ἐλθόντες.
Ἐλύμνιον: P. 1126 ἀποπετήσει—εἰς Ἐ.
Ἐπίδαυρος: R. 364 ἀσκώματα—διαπέμπων εἰς Ἐ.
Καρχηδών: E. 1303 αἰτεῖσθαί τιν' ἡμῶν ἑκατὸν εἰς Κ.
Κεραμεικός: E. 772 ἑλκοίμην εἰς Κ.
R. 129 καθέρπυσον εἰς Κ.
Κόρινθος: E. 604 ἐξεπήδων—εἰς Κ.
Λακεδαίμων: L. 1231 ὅταν ἔλθωμεν εἰς Λ.
Λιβύη: Av. 710 ὅταν γέρανος εἰς τὴν Λ. μεταχωρῇ.
Λύκειον: P. 356 πλανώμενοι εἰς Λ.
Νεφελοκοκκυγίαι: Av. 1023 ἥκω—εἰς τὰς Ν.
Πάρος: V. 1189 τεθεώρηκα—οὐδαμοῖ πλὴν εἰς Π. „ad spectandos ludos nusquam, nisi Parum, profectus sum".
Πῖσα: R. 1232 (Euripidis versus est) εἰς Π. ἐλθών.
Πνύξ: E. 751 παρεῖν' εἰς τὴν Πύκνα.
Ec. 281 εἰς τὴν Π. ἥξειν. 283 τοῖς μὴ παροῦσιν ὀρθρίοις εἰς τὴν Π. 384 ἦλθεν—εἰς τὴν Π.
Σαλαμίς: L. 411 ἐμοὶ—ἔστ' εἰς Σ. πλευστέα.
Σάρδεις: V. 1139 εἰς Σ. ἐλήλυθας.
Σικελία: L. 392 πλεῖν εἰς Σ.
Φάρσαλος: V. 1271 εἰς Φ. ᾤχετο.
Nomina *fororum* (v. ἐν, p. 7) bis cum εἰς coniunguntur:
Av. 1288 κατῆρον εἰς τὰ βιβλία.
Fr. 299, 1 τρέχ' εἰς τὸν οἶνον.

b) Proximum est, ut nomina *rerum*, εἰς praepositioni adiuncta, afferam. Ac primum quidem de *aedificiis* agamus.

ἄντρον: P. 223—224 αὐτὴν ἐνέβαλ' εἰς ἄντρον.—εἰς ποῖον;—εἰς τουτί.
αὐλή: P. 161 χώρει Διὸς εἰς αὐλάς.
βαλανεῖον: N. 837 εἰς βαλανεῖον ἦλθε.
R. 1279 εἰς τὸ β. βούλομαι, ubi verbum movendi omissum est.
Pl. 952 εἰς τὸ β. τρέχε.
βασίλεια: A. 80 εἰς τὰ β. ἤλθομεν.

βουλευτήριον: A. 379 εἰσελκύσας—μ' εἰς τὸ β.
E. 485 θεύσει—ᾄξας εἰς τὸ β.
βουλή: E. 475 εἰς βουλὴν ἰών.
δικαστήριον: Ec. 460 εἰς δικαστήριον—εἶμι.
δωμάτιον: L. 160 ἐὰν—εἰς τὸ δ.—ἕλκωσιν ἡμᾶς.
ἱερόν: Th. 224 εἰς τὸ τῶν σεμνῶν θεῶν (θέῳ), ubi ἱερόν simul auditur. 1045 ἐπὶ δὲ τοῖσδ' εἰς τόδ' ἀνέπεμψεν ἱερόν, ubi εἰς, quod ab omnibus codicibus abest, ab Hermanno additum est, qui etiam Fritzscheum et Engerum, quod libros secuti sint, inscientiae accusat (Opp. v. VIII, p. 306). Sed ego quoque libere fateor, prorsus me nescire, cur hic praepositio necessaria sit. Nam hoc loco, aperte ad poetarum exemplum composito, cur solus accusativus ferri non possit, non video (Cf. Kr. II, 46, 3, 1).
ἰπνός: V. 139 εἰς τὸν ἰ. εἰσελήλυθεν, ubi schol. V: ἰπνὸς κυρίως ἡ κάμινος, νῦν δὲ τὸ μαγειρεῖόν φησιν, ἐν ᾧ λαθὼν αὐτοὺς ὁ Φιλοκλέων εἰσῆλθεν καὶ εἰς τρύπην ὑπέδυ. Eadem vis huic vocabulo subiecta est in 837 ὁ κύων παρᾴξας εἰς τὸν ἰπνόν.
ναῦς: L. 605 χώρει 'ς τὴν ναῦν.
Huc refero etiam
E. 599 εἰς τὰς ἱππαγωγοὺς εἰσεπήδων, ubi ναῦς simul auditur.
νεώς: Pl. 741 ἠφάνισεν αὐτὸν εἰς τὸν ν.
οἰκία: E. 4 εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰ.
V. 196 ὤθει τὸν ὄνον καὶ σαυτὸν εἰς τὴν οἰ. 1474 ἄπορα — πράγματα δαίμων τις εἰσκεκύκληκεν εἰς τὴν οἰ.
Pl. 235 εἰσιὼν—εἰς οἰκίαν. 791 εἰσιόντος εἰς τὴν οἰ. 804 ἀγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰ. ἐπεισπέπαικεν.
ὀπτάνιον: E. 1033 εἰσφοιτῶν—εἰς τοὐπτάνιον.
πανδοκεῖον: R. 550 εἰς τὸ π. εἰσελθών.
πλινθεῖον: Fr. 283 εἰς τὸ π. γενόμενος, ubi Kockius pro γενόμενος fortasse scribendum esse censet φερόμενος.
πορνεῖον: V. 1283 εἰς τὰ πορνεῖ' εἰσιόντα.
πρυτανεῖον: A. 125 τὸν βασιλέως ὀφθαλμὸν ἡ βουλὴ καλεῖ εἰς τὸ π.
E. 281 εἰσδραμὼν εἰς τὸ π. 1404 σὲ—εἰς τὸ π. καλῶ.
στοιά: Ec. 685 εἰς τὴν παρὰ ταύτην (στοιὰν ἀκολουθεῖν). 686 εἰς τὴν σ. χωρεῖν.
φροντιστήριον: N. 128 βαδίζων εἰς τὸ φ. 142 ἥκω—εἰς τὸ φ.

Βακχεῖον: L. 1 εἴ τις εἰς Β. αὐτὰς ἐκάλεσεν, ubi Blaydesius: „ad Bacchi orgia sive festum, non, ut vertit Brunckius, in aedem Bacchi". At Brunckii interpretatio verissima est. Nam Βακχεῖον etsi alibi hoc sensu non legitur, tamen et recte dictum est analogia Θησεῖον, Θεσμοφορεῖον similiumque, et veterum interpretum testimonio haec vis confirmatur, ut sch. Eur. Phoen. v. 21: λέγεται Βακχεῖον καὶ ὁ Διονύσου ναός. Hesychius: Βακχεῖον, τελεστήριον, i. e. „locus, ubi initia fiunt" (L. Dindorf. in Thes. v. II, p. 58). Quid quod localis significatio maxime ad sequentia congruere videtur? in proximo enim versu item lòca nominantur. Denique, si Ar. Bacchi orgia designare voluisset, potius pluraliter βακχεῖα, ut R. 357, dixisset.

Θησεῖον: E. 1312 εἰς τὸ Θ. πλεούσας.

Fr. 567, 2 εἰς τὸ Θ. δραμεῖν.

Καινόν: V. 121 εἰς τὸ Κ. ἐμπεσών, ubi v. schol.

Ut pro ἐν οἰκίᾳ, ἱερῷ al. τινός Attici dicere solebant ἐν τινος, ita pro εἰς οἰκίαν, ἱερόν al. τινός dicitur εἴς τινος.

A. 1222 θύραζέ μ' ἐξενέγκατ' εἰς τοῦ Πιττάλου. Ita scripsit Mein. e cod. Rav. Reliqui habent εἰς (ἐς) τὸν Πιττάλου atque etiam εἰς τὸν Πίτταλον. Elmsleius et Blaydesius coniciunt ὡς τοὺς Πιττάλου, quod et articulus in vulgata scriptura abundare videatur, et Dicaeopolis, v. 1224 Lamachi verba deridens, ὡς τοὺς κριτάς dicat. Idem Elmsleius aliam coniecturam εἰς τὰ Πιττάλου (coll. V. 1440) protulit. Quid hic scribendum sit, difficile dictu est; sed valde mihi arridet prior illa Elmslei coniectura: nam in eiusmodi locutionibus nomina propria articulo carere solent. Non minus tamen probabiliter etiam εἰς τοὺς Πιττάλου scribi potest (quod Schoemannus proponit p. 15), de quo usu praepositionis εἰς vide quae infra dicentur. „Sunt autem οἱ Πιττάλου sine dubio eius familiares, discipuli aut famuli et in arte factitanda ministri" (Schoem, l. c.). Quod autem in Rav. τοῦ legitur, potest e τούς corruptum esse, ut in v. 1032 aperto mendo in eodem Rav. scriptum est πρὸς τοῦ Πιττάλου pro πρὸς τοὺς Π., de quo loco vide infra in πρός.

E. 1235 ἐφοίτας εἰς τίνος διδασκάλου.

N. 508 εἴσω καταβαίνων ὥσπερ εἰς Τροφωνίου, i. e. ἱερόν. 964 βαδίζειν—εἰς κιθαριστοῦ. 996 εἰς ὀρχηστρίδος εἰσᾴττειν.

V. 124 κατέκλινεν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ. Eadem locutio invenitur in Pl. 114 et 621.—1250 εἰς Φιλοκτήμονος ἴμεν.

L. 2 εἴ τις—αὐτὰς ἐκάλεσεν ἢ 'ς Πανὸς—ἢ 'ς Γενετυλλίδος. 621 συνεληλυθότες—εἰς Κλεισθένους. 725 πέτεσθαι—εἰς Ὀρσιλόχου. 1064 ἥκετ—εἰς ἐμοῦ. 1070 χωρεῖν ὥσπερ οἴκαδ' εἰς ἑαυτῶν. 1211 ἴτω εἰς ἐμοῦ.

Th. 89 εἰς Θεσμοφόροιν ἐλθεῖν.

R. 69 (ἐλθεῖν) εἰς Ἅιδου. 118 ἀφιξόμεθ' εἰς Ἅιδου. 172 σκευάρι' εἰς Ἅιδου φέρειν. 1363 παράφηνον εἰς Γλύκης.

Ec. 420 ἰέναι—εἰς τῶν σκυλοδεψῶν. 1037 εἰς ἐμαυτῆς εἰσάγω. Ita recte emendavit Mein. librorum lectionem τὸν ἐμαυτῆς, metro etiam repugnantem: „non enim quem abductura sit [esset?] ex vetula quaesitum erat, sed quo eum abducat" [abduceret?] (Mein. V. p. 205).

Pl. 411 κατακλίνειν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ. 621 τὸν θεὸν—ἄγωμεν εἰς Ἀσκληπιοῦ.

c) Iam ordo rerum fert, ut nomina *vasorum* aliorumque *receptaculorum* afferam.

A. 184 κὰς τοὺς τρίβωνας ξυνελέγοντο τῶν λίθων. 469 εἰς τὸ σπυρίδιον ἰσχνά μοι φυλλεῖα δός. 745 εἰς τὸν σάκκον—εἰσβαίνετε. 920 ἐνθεὶς—εἰς τίφην. 1034 σταλαγμὸν—εἰς τὸν καλαμίσκον ἐνστάλαξον. 1053 (ἐγχέαι) εἰς τὸν ἀλάβαστον κύαθον εἰρήνης. 1068 ἵν' οἶνον ἐγχέω—εἰς τοὺς χόας „ut vinum infundam in congios", quod Blaydesius perperam „in festum Choum" interpretari videtur. Cf. 1086. 1186 εἰς ὑδρορρόαν πεσών, quem versum totumque eum ineptissimum locum Mein., Blaydesium secutus, in marginem reiecit.

N. 404 ὅταν εἰς ταύτας (= τὰς νεφέλας) ἄνεμος—κατακλῃσθῇ. 751 εἰ—αὐτὴν (= τὴν σελήνην) καθείρξαιμ' εἰς λοφεῖον στρογγύλον.

V. 440 κλάειν τέτταρ' εἰς τὴν χοίνικα, ubi schol.: ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν πέττειν καὶ διαρτίζειν, κλάειν εἶπεν et ὅτι εἰς τὴν χοίνικα τέσσαρες μεγάλοι ἄρτοι γίγνονται, μικροὶ δὲ η'. Recte igitur huius loci sententiam ita expressit Brunckius: „quattuor mensuras lacrimarum fundere in choenicem"; χοῖνιξ item ambigue dictum est: οὐ γὰρ μόνον τὸ μέτρον, ἀλλὰ καὶ τὰς πέδας σημαίνει τὸ ὄνομα (schol.). 1056 τὰ νοήματα—εἰσβάλλετε—εἰς τὰς κιβωτούς. 1162—1163 ἀπόβαιν'—εἰς τὴν λακωνικὴν ἀνύσας—ἀδικεῖς γέ με, εἰς τὴν πολεμίαν ἀποβιβάζων τὸν πόδα, ubi schol.: ἅμα μὲν πρὸς τὸ ὑπόδημα, ἅμα δὲ πρὸς τὴν χώραν.

P. 865 εἰς ὄχημα — ἐπιβάς. 1242 μόλυβδον εἰς τουτὶ τὸ κοῖλον ἐγχέας.

Av. 437 τὴν πανοπλίαν—κρεμάσατον—εἰς τὸν ἰπνὸν εἴσω πλησίον τοὐπιστάτου „in furnum" vel „caminum". 642 εἰσέλθετ' εἰς νεοττιάν. 791 οὐκ ἂν ἐξίδισεν εἰς θοἰμάτιον. 1146 εἰς τὰς λεκάνας ἐνέβαλλον (τὸν πηλόν); eandem vocem v. in fr. 387, 6.

L. 188 εἰς ἀσπίδα — μηλοσφαγούσας, quod verbum infundendi quandam notionem habet. 190 μὴ — εἰς ἀσπίδ' ὀμόσῃς, de qua insolenti locutione v. Meinek. Vind. p. 120. — 197 εἰς τὴν κύλικα μὴ 'πιχεῖν ὕδωρ. 308 τῆς ἀμπέλου—εἰς τὴν χύτραν τὸν φανὸν ἐγκαθέντες. 562 εἰς τὸν χαλκοῦν ἐμβαλλόμενον πῖλον λέκιθον. 579 ξαίνειν εἰς καλαθίσκον κοινὴν εὔνοιαν. 754 (ἵνα) τέκοιμ' εἰς τὴν κυνῆν.

Ec. 346 εἰς τὼ κοθόρνω τὼ πόδ' ἐνθείς.

Pl. 681 ταῦθ' ἥγιζεν εἰς σακτάν τινα. 1108 εἰς ταὐτὸν ὑμᾶς συγκυκήσας τρύβλιον.

Fr. 269 εἰς κάδον—οὔρει. 387, 6 τρυγὸς—εἰς λεκάνην ἠθουμένης,

d) Sequuntur *res varii generis.*

N. 150 ἐνέβαψεν εἰς τὸν κηρὸν αὐτῆς τὼ πόδε. 236 ἡ φροντὶς ἕλκει τὴν ἰκμάδ' εἰς τὰ κάρδαμα.

V. 131 παττάλους ἐνέκρουεν εἰς τὸν τοῖχον. 200 τὴν βάλανον ἔμβαλλε—εἰς τὸν μοχλόν. 331 εἰς ὀξάλμην ἔμβαλε. 910 ἀποδρὰς—εἰς τὴν γωνίαν. 1310 εἰς ἀχυρμὸν ἀποδεδρακότι.

Av. 202 εἰσβὰς—εἰς τὴν λόχμην. 207 εἰς τὴν λόχμην εἴσβαινε. 265 εἰς τὴν λόχμην εἰσβάς. 400 ἄναγ' εἰς τάξιν. 643 εἰσέλθετ' εἰς—τἀμὰ κάρφη καὶ τὰ παρόντα φρύγανα.

L. 680 εἰς τετρημένον ξύλον ἐγκαθαρμόσαι—τὸν αὐχένα.

Ec. 12 μηρῶν εἰς ἀπορρήτους μυχοὺς λάμπεις.

Pl. 606 εἶμι δὲ ποῖ γῆς;—εἰς τὸν κύφωνα.

Fr. 76 εἰς ἄχυρα καὶ χνοῦν, ubi verbum incidendi simul auditur. 151, 2 εἰς ὄξος ἐμβαπτομένους ἢ ξηροὺς ἅλας.

Huc addo unum locum, ubi de re abstracta agitur:

R. 850 γάμους—ἀνοσίους εἰσφέρων εἰς τὴν τέχνην.

e) Iam afferamus eos locos, ubi de motu vel actione aliqua, in *corpus partesque eius* directa, agitur.

γαστήρ: V. 1020 εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδύς „in alienos ingressus ventres", ubi schol. V: ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι πρότερον ἄλλοις ἐδίδου τὰς κωμῳδίας.

κοιλία: R. 485 εἰς τὴν κάτω—κοιλίαν καθείρπυσεν.

κόνδυλος: P. 258 τῶν σκορόδων ἐνέβαλεν εἰς τὸν κ.

κοχώνα: E. 424 ἀποκρυπτόμενος εἰς τὼ κ. 484 ἀπεκρύψω εἰς τὼ κ. τὸ κρέας.

πλευρά: P. 747 ὑστριχὶς εἰσέβαλέν σοι εἰς τὰς π. „hystrix in latera tua invasit" (quasi in hostium terram).

πρωκτός: V. 431 εἰς τὸν πρωκτὸν αὐτῶν εἰσπέτεσθε.

ῥῖνες: Av. 1081 εἰς τὰς ῥ. ἐγχεῖ τὰ πτερά.

R. 620 εἰς τὰς ῥ. ὄξος ἐγχέων.

στόμα: E. 377 ἐμβαλόντες αὐτῷ πάτταλον—εἰς τὸ σ.

R. 1074 προσπαρδεῖν—εἰς τὸ σ. τῷ θαλάμακι.

χείρ: N. 506 εἰς τὼ χεῖρε—δός μοι μελιτοῦτταν.

P. 317 ἢν—εἰς χεῖρας ἔλθῃ.

Av. 518 ὅταν—εἰς τὴν χ. τὰ σπλάγχνα διδῷ. 1112 ἱερακίσκον εἰς τὰς χ.—δώσομεν.

Th. 912 ἐλθὼν σῆς δάμαρτος εἰς χέρας; ita ex Euripide emendata est librorum lectio ἐσχάρας, quam tamen Fritzscheus probat.

f) *Animanti* coniunctum εἰς locali sensu semel apud Ar. legi: N. 585 ὁ—ἥλιος τὴν θρυαλλίδ' εἰς ἑαυτὸν εὐθέως συνελκύσας.

g) Postremo loco afferamus ea exempla, ubi εἰς adiunctum est *neutri generi* articuli, adiectivi, pronominis, ut nullum certum substantivum audiatur.

ταὐτόν: Av. 400 ἄναγ' εἰς τάξιν πάλιν εἰς ταὐτόν.

L. 1240 ἔρχονται πάλιν εἰς ταὐτόν.

τοὔμπαλιν: Th. 1224 οὐ πάλιν τῃδὶ διώξει; 'ς τοὔμπαλιν τρέχεις σύ γε, ubi praepositio rectissime a Cobeto e codicum scriptura διώξεις τοὔμπ. eruta est.

ἕν: E. 854 τοῦτο εἰς ἕν ἐστι συγκεκυφός, quod schol. ὁμονοοῦσιν ἑαυτοῖς καὶ συμπνέουσιν bene interpretatur.

L. 585 συναθροίζειν εἰς ἕν.

R. 1262 εἰς ἓν—τὰ μέλη ξυντεμῶ, quod Kockius „carmina in centonem concidam" vertit.

Ec. 674 συρρήξασ' εἰς ἓν ἅπαντα „omnia in unum committendo".

καλόν: R. 1298 εἰς τὸ καλὸν ἐκ τοῦ καλοῦ ἤνεγκον αὐτά.

μέσον: Ec. 602 τοῦτ' εἰς τὸ μ. καταθήσει „in commune deponet".

τοὔπισθεν: Pl. 1209 ἀναχωρεῖν εἰς τοὔπισθεν.

τὸ πρόσθεν: A. 43 πάριτ' εἰς τὸ π. 242 πρόιθ' εἰς τὸ π. ὀλίγον ἡ κανηφόρος, „ubi codd. praebent πρόιθ' ὡς τό πρόσθεν, quod quamquam omni sensu caret (neque enim de tempore accipi potest: cf. ἐξόπισθε τῆς κανηφόρου,—neque de loco ita, ut ὡς sit

instar praepositionis, quippe quod de animantibus tantum dicatur), retinuit tamen (praeter Ribbeck.) Mein. in ed., cum Vind. p. 61 locum ita afferat, ut scripserunt Brunck. Bekk. Both. Bgk.: πρόιθ' ἐς τὸ πρ., cui tamen praetulerim leniorem mutationem Wolfii Dind. et Blayd. probatam: προίτω 'ς τὸ πρ (de aphaeresi v. Krüg. II, 14, 9, n. 5) etiam aequabilitatis causa: sequitur enim statim (248) 3 pers. imp. ὁ Ξανθίας τὸν φαλλὸν ὀρθὸν στησάτω" (Bachm. pp. 49—50). Ego vero priora illa unice approbo, posteriora non credo: nam eandem mutationem 2 et 3 pers. imperativi etiam in Ec. 742 sq. video: ὁ τὴν σκάφην λαβὼν προίτω· τὰ κηρία κόμιζε, τοὺς θαλλοὺς καθίστη πλησίον etc.

E. 751 ἀλλ' εἰς τὸ πρόσθε. χρῆν παρεῖν' εἰς τὴν Πύκνα. Recte Mein. Vind. p. 61: „Ita haec distinxi, inquit, vulgo omnibus ad unam sententiam coniunctis, ac recte fortasse, sed hac lege ut ὡς τὸ πρόσθε [„ut antea", Bachm. p. 50] scribatur, ut fecit Bergkius. Falluntur enim haud dubie qui ἐς τὸ πρόσθε idem significare posse existimant. Quaerendum tamen an unquam apud Ar. ὡς τὸ πρόσθεν dictum reperiatur pro ὡς τὸ πρότερον [„dicere debebat potius ὥσπερ πρότερον ex usu Ar." Bachm. p. 50], eamque ob causam verba ista sic distinxi ut sensus sit, *sed age procedamus*, vorwärts!" Scholiastae interpretatio: εἰς τὴν αὔριον χρὴ παρεῖναι ἅπαντας καὶ συνελθεῖν, falsa et inepta est: nam πρόσθεν neutiquam insequens tempus significare potest. Itaque, cum Ar. omnino nusquam πρόσθεν temporali sensu „antea" dicat (Bachm. p. 50) atque in comparatione dictionibus ὥσπερ πρότερον et ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ uti soleat (Bachm. p. 46), Meinekei explanationem approbo.

L. 185 θὲς εἰς τὸ πρόσθεν ὑπτίαν τὴν ἀσπίδα.

Th. 645 εἰς τὸ π. οἴχεται.

Ec. 129 πάριτ' εἰς τὸ π.

τά: V. 1440 παράτρεχ' εἰς τὰ Πιττάλου „domum Pittali", cuius locutionis exempla congessit Blaydes. ad Ach. 1222. Cf. Kr. I, 43, 3, 7.

Huc addo

R. 641 χωρεῖς—εἰς τὸ δίκαιον, quod etsi tralate dictum est, tamen hic collocandum putavi, quia τὸ δίκ. pro loco habetur.

2) Sed non semper εἰς cum nomine suo eum locum remve significat, in cuius interiora aliquid dirigitur; interdum etiam illud indicat, *ad* quod sive quo *versus* aliquid tendit („къ, на"), ut idem

fere ac πρός valeat, cuius usus exempla plurima apud verba (ἀπο)βλέπειν, τρέπειν, τρέπεσθαι sim. habemus.

(ἀπο)βλέπω: A. 32 ἀποβλέπων εἰς τὸν ἀγρόν, εἰρήνης ἐρῶν, ubi Bachm. p. 41, in articulo offendens, ἀποβλ. εἰς ἀγρόν, ἅτ' εἰρήνης ἐρῶν scribi iubet (v. quae supra diximus p. 40). 1112 βλέπειν εἰς τὰς κίχλας.

E. 292. βλέψον εἴς με.

N. 187 εἰς τὴν γῆν βλέπουσιν. 193 ὁ πρωκτὸς εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπει.

V. 613 εἰς σὲ βλέψαι καὶ τὸν ταμίαν.

P. 56 et Av. 264 εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπων.

Av. 309 βλέπουσιν εἰς σὲ κἀμέ.

R. 499 βλέψον εἰς τὸν Ἡρακλειοξανθίαν. 562 ἔβλεψεν εἴς με δριμύ. 1171 εἰς τὸ κακὸν ἀπόβλεπε.

His similia sunt:

E. 173—174 τὸν ὀφθαλμὸν παράβαλλ' εἰς Καρίαν τὸν δεξιόν, τὸν δ' ἕτερον εἰς Καρχηδόνα.

Ec. 255 εἰς κυνὸς πυγὴν ὁρῶν.

τρέπομαι, τρέπω: V. 666 καὶ ποῖ τρέπεται δὴ 'πειτα τὰ χρήματα τἄλλα;—εἰς τούτους τοὺς κτλ.

R. 1248 εἰς τὰ μέλη—τραποῦ.

Pl. 152 τὸν πρωκτὸν—εἰς τοῦτον τρέπειν. Haec est cod. Rav. scriptura, a Velseno in exemplum recepta. Quod autem Mein. aliique ceterorum codicum lectionem ὡς τοῦτον probaverunt, errare videntur: nunquam enim „Attici ὡς ita admiserunt, ut significet, quo versus quid tendat vel dirigatur“ (Bachm. p. 116).

Fr. 247 τραπόμενον εἰς τοὔψον.

Cetera exempla haec sunt:

E. 193 ἡ δημαγωγία—οὐ πρὸς μουσικοῦ ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους, ἀλλ' εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρόν, ubi Kockius audiendum docet ἐλήλυθεν, ad usitatissimam ellipsin verborum eundi provocans (Kr. I, 62, 3, 1). Sed longe alia ratio est eorum, quos affert, locorum atque huius. Iure igitur Mein. (Vind. p. 53), dubitans, an non antecedentibus salva structura ἀλλ' εἰς ἀμαθῆ καὶ βδ. inferri possit, locum corruptum esse existimat. Quod vero coll. Pl. 919 scribi iubet ἀλλ' εἰς ἀμ.. κ. βδ. ἧκεν κτλ., non assentior nec dubito, quin alia comicus scripserit: nihil enim loci est hic praeterito ἧκεν.—657 ἐπένευσεν εἰς ἐκεῖνον ἡ βουλή. 663 ἐκαραδόκησεν εἰς ἔμ' ἡ βουλή.

N. 1058 ἄνειμι—εἰς τὴν γλῶτταν „redeo ad linguam". 1075 πάρειμι—εἰς τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας „transeo ad".

V. 1110 νεύοντες εἰς τὴν γῆν.

Av. 1006 φέρουσαι—εἰς αὐτὴν (= τὴν ἀγορὰν) ὁδοί.

Pl. 51—52 οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτο ῥέπει, ἀλλ' εἰς ἕτερόν τι μεῖζον „spectat ad". 919 εἰς ἔμ' ἥκει τῆς πόλεως τὰ πράγματα.

Fr. 395 εἰς τὴν γῆν κύψασα.

Ceterum Bachmannus p. 116 huc alios etiam locos refert, in quibus nos aliam vim praepositioni subiectam esse arbitramur, veluti V. 431 εἰς τὸν πρωκτὸν—εἰσπέτεσθε, ubi etiam verbum compositum indicio est, εἰς nomini adiunctum primariam illam atque usitatissimam significationem habere.

3) Huic simillimam notionem εἰς habere videtur his duobus locis, quos statim apponam, eo tantum intercedente discrimine, quod in illis, quae modo attuli, exemplis aliquid ad locum tendit illud quidem, sed potest eo, quo tendit, non pervenire, in his autem, quae sequuntur, praepositio cum nomine suo terminum significat, *usque ad* quem actio pertinet. Sic igitur hae notiones inter se differunt, ut nostra „въ" et „до".

V. 416 εἰς τὸν οὐρανὸν (κεκραξόμεθα), ubi Bachm. p. 116 praepositioni eam vim subicit, quam numero 2. notavimus. Sed his verbis chorus clamoris sui magnitudinem exprimere velle videtur; non igitur hoc dicit, sese ad caelum versus, sed usque ad caelum clamorem sublaturum.

Pl. 650 τὰ πράγματα ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ.—Μὴ δῆτ' ἔμοιγ' εἰς τὴν κ. Hic εἰς τὴν κ. duplici sensu dictum est. Cario enim ἐκ τ. π. ἐ. τ. κ. ad τὰ πρ. et σοί ad ἐρῶ refert, ut sit „totam rem ab imo ad summum tibi dicam"; era autem eius verba εἰς τ. κ. cum σοί coniungit ideoque malum omen deprecatur.

4) Restat unum genus localis significationis, cum εἰς motum indicat *in superficiem* alicuius rei directum, quae est propria vis ἐπί praepositionis, cum accusativo coniunctae („на"); qui usus ei usui ἐν praepositionis respondet, quem p. 17 sq. tractavimus. Nonnunquam etiam εἰς hic hostilem motum significat, quae tamen vis non in ipsa praepositione inest, sed e totius loci sententia eruitur.

Ac primum quidem huc pertinet locutio εἰς (τὴν) κεφαλήν „in caput alicuius vertit aliquid", ubi verbum τρέπεσθαι additur vel auditur.

A. 833 πολυπραγμοσύνη—εἰς κεφαλὴν τράποιτ' ἐμοί.

N. 40 τὰ - χρέα ταῦτα εἰς τὴν κεφαλὴν τὴν σὴν τρέψεται.

P. 1063 et Pl. 526 εἰς κεφαλὴν σοί „in tuum ipsius caput vertat malum, quod nobis auguraris".

Pl. 651 μὴ δῆτ' ἔμοιγ' εἰς τὴν κεφαλήν (de quo v. supra).

His simillimum est

L. 915 εἰς ἐμὲ τράποιτο.

Eodem refero locutiones, quae e verbo cadendi (ἐμ)πίπτειν pendent.

E. 571 εἰ—πέσοιεν εἰς τὸν ὦμον ἐν μάχῃ τινί.

N. 378 εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι. 384 ἐμπιπτούσας εἰς ἀλλήλας, ubi in V scriptum habemus ἐμπ. ἀλλήλαισιν, quod nonnulli editores receperunt. Utraque lectio per se aeque bona est: nam Ar. verbo ἐμπίπτειν et dativum subicit (V. 203 ἐμπέπτωκέ μοι et Pl. 180 ἐμπέσοι γέ σοι), et εἰς c. acc. (N. 378 et L. 309); sed quia hoc loco Socrates ea, quae v. 378 dixit, repetit, isdem verbis eum hoc facere consentaneum est, quare lectionem optimi libri Rav. εἰς ἀλλ. retinendam censeo.

L. 309 εἰς τὴν θύραν—ἐμπέσοιμεν.

Th. 1122 (qui versus ex Euripide sumptus esse videtur; cf. Bakhuyz. p. 134) πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος. Cf. Ec. 958. 967.

His persimilis est locus

P. 897 πλαγίαν καταβάλλειν, εἰς γόνατα, κῦβδ' ἑστάναι. Post γόνατα interpungit Mein., ut καταβ. εἰς γ. coniungat, quoniam, qui in genua procumbat, non possit ἑστάναι dici; recte autem εἰς γ. καταβ. dici posse eum, qui alium in genua procumbere iubeat. Idem pro ἑστάναι reponendum censet ἱστάναι. Cui obloquitur Blaydesius defenditque ea, quae mea quidem sententia defendi nullo pacto possunt. Nam et ἱστάναι satis probabiliter pro ἑστάναι coniectum esse videtur, ut puella fingatur, non vir, statui inclinata (cf. L. 231. Th. 489), et verba εἰς γόνατα cum ἱστάναι coniungi non posse facile concedet is, qui loquendi consuetudinem, a Graecis servatam, non ignorat: non enim, ut nos „ставить на колѣни", ita Graeci εἰς γόνυ ἱστάναι, sed εἰς (ἐπὶ) γόνυ βάλλειν, (κατα)κλίνειν, ῥίπτειν, πίπτειν (v. Thes. v. II, p. 722) dixisse videntur. Quod si praesenti ἱστάναι haec verba parum apte adiunguntur, quanto minus etiam recte perfecto ἑστάναι consociari possunt: ad eam enim,

quam modo dixi, causam altera accedit, quod ἑστάναι, quietem significans, εἰς praepositionem, motum indicantem, in quotidiano sermone haud scio an non admittat: nam in Phoenissarum fragmento 558 εἴς τε μονομάχου πάλης ἀγῶνα νῦν ἑστᾶσιν Aristophanes procul dubio εὐριπιδίζει.

Sequuntur varia exempla.

N. 1080 εἰς τὸν Δί' ἐπανεγκεῖν „Jovi impone" = „exemplo Jovis te excusa".

L. 978 ἡ δὲ φέροιτ' - εἰς τὴν γῆν.

R. 1381 τοὔπος νῦν λέγετον εἰς τὸν σταθμόν „verbum dicite in libram vel lancem", quo in versu Rav. ἐπὶ τὸν στ. praebet. Sed εἰς versu 1407 defenditur, in Rav. autem scriptura paulum offendit anapaestus sine interpunctione tribrachum excipiens, quod etsi non est inauditum (v. infra κατά), tamen rarissimum est. Similiter confusa sunt ἐπί et εἰς in E. 760. — 1407 εἰς τὸν σταθμὸν ἐμβάς. 1441 (εἰ) ῥαίνοιεν εἰς τὰ βλέφαρα τῶν ἐναντίων. Hunc versum pariter atque eos, qui praecedunt, iam ab Aristarcho et Apollonio pro adulterinis habitos scholiastae testimonio constat. De hac re vide Vahleni p. 8.

1522 εἰς τὸν θᾶκον—ἐγκαθεδεῖται.

Ec. 347 ἵνα μὴ 'γχέσαιμ' εἰς τὴν σισύραν. 958=967 ἐς εὐνὴν—ἱκέσθαι.

Fr. 379 εἰς τὴν Πάρνηθα — φροῦδαι. 558, 1 ἐς (εἰς) Οἰδίπου — παῖδε — Ἄρης κατέσκηψε.

Huc addo duos locos, quibus εἰς cum nomine suo, ex verbo feriendi suspensum, eam partem corporis vel id vestimentum significat, quod percutitur.

N. 549 Κλέων' ἔπαισ' εἰς τὴν γαστέρα.

V. 1088 θυννάζοντες εἰς τοὺς θυλάκους „tanquam thynnos pungentes eos in bracas".

5) Cum plurali numero nominum, animantia significantium, vel cum singulari nominum collectivorum coniunctum, εἰς motum indicat *in societatem* illorum animantium directum; quo in numero primarium locum tenet formula ἐς κόρακας „in malam rem", sive absolute dicta, sive ex aliquo verbo suspensa. (De origine huius proverbii v. schol. ad N. 133 et Pl. 394). Quam dictionem cum his verbis coniunctam reperimus:

βάλλειν: βάλλ' ἐς κ. N. 133. V. 835. Th. 1079. Pl. 782. Fr. 462,2. Verbum hic intransitive positum esse videtur „se conferre": nec

enim scholiastae, ad Pl. 782 σεαυτόν simul audiri iubenti, quidquam fidei tribuendum est. Cf. Netuschili „о залогахъ" p. 13, qui plura eiusmodi verba collegit.

παύειν: παῦ' ἐς κ. A. 864. Av. 889. Sed recte mihi videtur Blaydesius ad A. 864 annotare: „Praestat fortasse scribi παῦ'· ἐς κόρακας, ut suadet etiam Lenting".

ἀποφθείρειν: οὐκ ἐς κ. ἀποφθερεῖ; E. 892. N. 789.

ἔρρειν: P. 500 οὐκ ἐς κ. ἐρρήσετε;

Pl. 604 ἐρρ' ἐς κ.

Sequuntur alia verba.

E. 1314 πλείτω—ἐς κ.

N. 123 ἐξελῶ σ' ἐς κ. ἐκ τῆς οἰκίας.

V. 51 ἐς κ. οἰχήσεται.

P. 117 ἐς κ. βαδιεῖ. 1221 ἀπόφερ' ἐς κ.

Av. 28 ἐς κ. ἐλθεῖν, ubi Blaydesius: „iocus ex ambiguo. Nam significare potest vel ad aves, specie pro genere posita, vel in malam rem".

R. 189 ποῖ σχήσειν δοκεῖς; ἐς κ. ὄντως;

Fr. 584, 2 οὐκ εἶ—ἐς κ.;

Absolute positum ἐς κόρακας hisce locis legitur: N. 646. V. 852. 982. P. 19. Av. 990. R. 187.

Idem interrogative, addita negatione, οὐκ ἐς κόρακας; his locis invenitur: N. 871. V. 458. R. 607. Pl. 394.

Secundo loco pono εἰς θεούς, quod quater apud Ar. legimus:

P. 128 ἐλαύνειν εἰς θ. 130 εἰς θ. ἀφιγμένος. 132 ἦλθεν εἰς θ.

Av. 843 κήρυκα — πέμψον — εἰς θ., ubi Mein. in ann. cr. sine causa ὡς scribendum esse coniecit (cf. Bachm. p. 116). Kr. I, 68, 21, 2 et 3. Mirum in modum fluctuat Blaydesius, qui hoc quidem loco Meinekei coniecturam probat („fortasse recte", inquit); ad P. 132 autem negat opus esse correctione ὡς θεούς: nonnunquam enim personas pro locis, ubi illae versentur, poni.

Cetera exempla haec sunt:

E. 925 εἰς τοὺς πλουσίους σπεύσω σ' ὅπως ἂν ἐγγραφῇς.

P. 882 εἰς μέσους ἄγων.

Av. 1669 εἰσήγαγ' εἰς τοὺς φράτερας.

R. 187 (τίς) ἢ 'ς Κερβερίους, ἢ 'ς κόρακας, ubi verbum movendi auditur. 327 ἐλθὲ—ὁσίους εἰς θιασώτας.

Collectiva nomina haec tibi habeto:

δῆμος: E. 723 ἴωμεν εἰς τὸν δ., ubi Mein. in ann. cr. „ὡς vulgo, inquit, quod revocandum". Videtur igitur δῆμον intellegere Demum, non populum, quod nihil opus est. Collectivis vero Ar. ὡς nusquam adiungit (Bachm. p. 113).

πανήγυρις: P. 342 εἰς πανηγύρεις θεωρεῖν, quod sch. V πέμπεσθαι θεωροὺς εἰς παν. interpretatur.

χορός: E. 559 δεῦρ' ἔλθ' εἰς χορόν.

N. 564 Ζῆνα τύραννον εἰς χ.—κικλήσκω.

Th. 1137 Παλλάδα—δεῦρο καλεῖν—εἰς χ.

Fr. 334, 2 Χάριτας βοᾶν εἰς χ. 641 (corr.) εἰς τοὺς κυκλίους χ. μέλη εἰσηνέγκατο.

6) Praeterea εἰς nominibus, *statum* sive *conditionem* et *actionem* significantibus, adiunctum, aliquid in eum statum vel actionem adduci indicat. In quo numero omnium frequentissima est locutio εἰς λόγον (λόγους) ἐλθεῖν, ἰέναι etc. „ire, venire in colloquium", quam primo loco ponam.

E. 806 εἰς λόγον ἐλθών. 1300 ξυνελθεῖν εἰς λόγον.

N. 251 ξυγγενέσθαι ταῖς νεφέλαισιν εἰς λόγους. 470 εἰς λόγον ἐλθεῖν.

V. 472—473 ἔσθ' ὅπως (ἂν)—εἰς λόγους ἔλθοιμεν ἀλλήλοισι καὶ διαλλαγάς;—σοὺς λόγους κτλ.; ubi σοὺς recte a Dindorfio et Hirschigio restitutum est pro σοί codicum, nisi quod σοὺς scribere malim, quod et ex σοὶ εἰς oriri necesse fuit et facilius in σοί corrumpi potuit.

Av. 258 ἴτ' εἰς λόγους, ubi tamen εἰς potius consilium eundi significat.

L. 468 τί τοῖσδε σαυτὸν εἰς λόγον τοῖς θηρίοις συνάπτεις; „Herwerdenus (Anal. crit. p. 52) scribi iussit ἐς λόγους, quia *constanter* dicatur: εἰς λόγους ἐλθεῖν, συνελθεῖν, ἀφικέσθαι sim. Quod falsissimum est. Ar. certe promiscue (7—ies) dixit εἰς λόγους et εἰς λόγον" (Bachm. p. 51).

Rarius est εἰς πράγματα:

N. 1455 στρέψας σεαυτὸν εἰς πονηρὰ πράγματα, ubi εἰς „ad" valet.

L. 420 τοιαῦτ' ἀπήντηκ' εἰς τοιαυτὶ πράγματα „talia in haec evadere solent".

Th. 651 εἰς οἷ' ἐμαυτὸν εἰσεκύλισα πρ. 767 κἄμ' εἰσκυλίσας εἰς τοιαυτὶ πρ.

Cetera exempla haec sunt:

A. 679 ἄνδρας ἐμβαλόντες εἰς γραφάς, ubi sch.: ἀντὶ τοῦ εἰς δικαστήρια καὶ κατηγορίας.

E. 1151 ἄπαγ' ἐς μακαρίαν, ubi sch.: ἀντὶ τοῦ εἰς ὄλεθρον κατ' εὐφημισμόν. ἐπεὶ καὶ οἱ τεθνεῶτες μακαρῖται λέγονται. Quae autem alia scholiastae narrant de origine huius proverbii, merae nugae videntur esse. Cf. R. 85.— 1387 εἰς τἀρχαῖα — καθίσταμαι „in pristinam vitam".

N. 702 ὅταν εἰς ἄπορον πέσῃς. 832 εἰς τοσοῦτον τῶν μανιῶν ἐλήλυθας „eo insaniae progressus es". 1460 ἕως ἂν αὐτὸν ἐμβάλωμεν εἰς κακόν.

V. 1261 εἰς γέλων τὸ πρᾶγμ' ἔτρεψας.

P. 947 ἐς ἀγαθὰ μεταβιβάζει „res in melius mutat".

Av. 333 εἰς— δόλον ἐκάλεσε.

R. 85 εἰς μακάρων εὐωχίαν (οἴχεται) „ad beatorum epulas". 877 ὅταν εἰς ἔριν—ἔλθωσι.

Fr. 558, 2 εἰς—μονομάχου πάλης ἀγῶνα - ἐστᾶσιν.

Huc pertinent etiam duo loci, quibus de aetate humana, tanquam de loco, quo quis pervenit, agitur.

N. 514 προήκων εἰς βαθὺ τῆς ἡλικίας.

Av. 606 εἰς γῆρας—ἀφίξονται.

Eodem refero tres locos, quibus de conviviis festisque agitur, ad quae celebranda aliquis venit vel invitatur vel ducitur.

V. 1005 ἄγων—ἐπὶ δεῖπνον, εἰς ξυμπόσιον, ἐπὶ θεωρίαν.

P. 1192 ἐπὶ δεῖπνον ἦλθ' εἰς τοὺς γάμους.

Av. 494 εἰς δεκάτην—κληθείς.

II. De *tempore* dictum, εἰς triplici sensu usurpatur: primum, ad certum tempus notandum adhibetur, quo quid factum est, ubi nos „въ" cum acc. dicimus, ut „въ это время" (similiter Latini „ad vesperum" non solum „imminente vespere", sed etiam „vesperi" intellegunt, v. Hand. Turs. I, p. 99) (1); deinde temporis spatium significat, quo actio eiusve effectus et vis continetur, ubi Latini „ad" vel „in" (v. Hand. Turs. I, p. 88), nos „на" cum acc. dicimus, ut „на годъ (дать что н.)" (2); denique temporis terminum indicat, usque ad quem actio manat, ubi Latini „ad" (v. Hand. Turs. I, p. 86), nos „до" dicimus (3).

Itaque εἰς ἑσπέραν, ut hoc utar, significat: 1) вечеромъ (въ этотъ вечеръ), 2) на вечеръ, 3) до вечера.

1) A. 172 παρεῖναι—εἰς ἔνην.

E. 661 τῇ δ' Ἀγροτέρᾳ κατὰ χιλίων παρῄνεσα εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων, εἰσαύριον αἱ τριχίδες εἰ γενοίαθ' ἑκατὸν τοὐβολοῦ. In his distinguendis Bachmannum secutus sum, qui p. 34 haec annotat: „Edd. fere omnes e codd. distinxerunt post εἰσαύριον, ut prorsus perversa evadat sententia: neque enim in sequenti demum die votá deae facere Athenienses iubet qui illa dicit Agoracritus, sed potius illo ipso die mille capellas ei promitti [„voveri" malim] vult ea conditione, ut efficiat illa, ut insequenti die sarcinae centenae obolo veneant. Distinguendum igitur est post χιμάρων, ut εἰσαύριον pertineat ad γενοίατο,—et sic distinxit verba poetae iam Brunck., a recc. edd. prorsus neglectus".

N. 1180 ἡμέρα, εἰς ἥν γε θήσειν τὰ πρυτανεῖά φασί μοι. 1189—1190 τὴν κλῆσιν εἰς δύ' ἡμέρας ἔθηκεν, εἴς γε τὴν ἕνην τε καὶ νέαν. 1222 καλοῦμαι Στρεψιάδην εἰς τὴν ἕνην τε καὶ νέαν. 1223 εἰς δύ' εἶπεν ἡμέρας.

V. 454 τούτων μέν τάχ' ἡμῖν δώσετον καλὴν δίκην οὐκέτ' εἰς μακρόν, ubi εἰς μακράν idem fere est atque τάχα, quod praecedit, commodiusque verti potest „non multo post".

P. 366—367 Ἑρμ· ἀπόλωλας, ἐξόλωλας. Τρ· εἰς τίν' ἡμέραν; Ἑρμ· εἰς αὐτίκα μάλα. 966 εἰς ἑσπέραν δώσουσιν αὐταῖς ἄνδρες „vesperi". Eadem locutio legitur in Ec. 1047. Pl. 998. 1201. Fr. 202, 2.

Av. 1046 καλοῦμαι Πισθέταιρον ὕβρεως εἰς τὸν μουνυχιῶνα, ubi μουνιχιῶνα legendum existimo, ut in titulis constanter scribitur. V. Meisterh. p. 23, 8.—1688 εἰς καιρὸν—κατεκόπησαν, quae dictio adverbii paene partes gerit itaque a sch. εὐκαίρως explicatur.

L. 612 εἰς τρίτην — ἡμέραν σοὶ — ἥξει παρ' ἡμῶν τὰ τρίτ' ἐπεσκευασμένα.

Ec. 983 εἰσαῦθις ἀναβεβλήμεθα „in aliud tempus distulimus", i. e. „nunc distulimus, ut alias hoc faciamus". 1047 εἰς ἑσπέραν—ἀποδώσω—σοι χάριν.

Pl. 998 ὅτι εἰς ἑσπέραν ἥξοιμι. 1201 ἥξει—εἰς ἑσπέραν.

Fr. 202, 2 πέμψω πλακοῦντ' εἰς ἑσπέραν, ubi εἰς, in libris omissum, a Bentleio restitutum est.

2) N. 562 εἰς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας εὖ φρονεῖν δοκήσετε „in posteritatem". Cf. R. 380.

V. 748 μεθιστὰς εἰς τὸ λοιπὸν τὸν τρόπον.

R. 380 τὴν χώραν σώζειν—εἰς τὰς ὥρας.

3) Th. 951 ἐκ τῶν ὡρῶν εἰς τὰς ὥρας ξυνεπευχόμενος τοιαῦτα μέλειν θάμ' ἑαυτῷ, quod Rossice verbo tenus ita vertas: „молясь, чтобъ ему почаще приходилось заботиться объ этомъ отъ одного времени до другаго", i. e. „вѣчно".

III. *Tralatae* significationes.

1) Haud raro εἰς cum casu suo illud significat, *cuius ratione habita* („по отношенію къ чему") aliquid agitur, aliisque locis aliter vertendum est.

a) Nam his locis verbo tenus „respectu alicuius rei" reddi potest:

V. 743 νενουθέτηκεν αὐτὸν εἰς τὰ πράγμαθ' οἷς ἐπεμαίνετο.

R. 719—720 πεπονθέναι ταὐτὸν εἴς τε τῶν πολιτῶν τοὺς καλοὺς καὶ τοὺς κακούς, εἴς τε τἀρχαῖον νόμισμα καὶ τὸ καινὸν χρυσίον.

b) Sequuntur loci, ubi locutio praepositionalis adiectivo additur ad eam rem designandam, in qua adiectivi notio apparet: quo additamento adiectivi vis quodammodo astringitur atque constituitur.

V. 1101 εἰς ἅπανθ' εὑρήσετε τοὺς τρόπους καὶ τὴν δίαιταν σφηξὶν ἐμφερεστάτους. 1112 εἴς τε τὴν ἄλλην δίαιτάν ἐσμεν εὐπορώτατοι.

Av. 156 οὐκ ἄχαρις εἰς τὴν τριβήν, quod sch. ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν διατριβήν interpretatur, idque ipsum, εἰς διατριβήν, Aristophanem Meinekeus scripsisse suspicatur (Vind. p. 85).

Th. 532 κάκιον εἰς ἅπαντα.

R. 468 δεινὸς εἰς τὰ πάντα. 1024 ἀνδρειοτέρους εἰς τὸν πόλεμον.

Pl. 209 ἀνὴρ πρόθυμος — εἰς τὰ πράγματα. 273 τοιοῦτον εἰς τὰ πάντα. 493 χρήσιμον εἰς ἅπαν ἔργον.

c) Iam veniamus ad eos locos, ubi praepositio actionem aut verba alicuius ad aliquem quacunque ex parte pertinere significat. Quo autem animo id agatur vel dicatur, bono an infenso an neutro, εἰς, ut Latinorum in, non indicat, idque e sententia loci eruitur.

α) Atque ex verbis agendi εἰς suspensum invenitur in

Pl. 899 ὑβρίζειν εἰς ἐμέ.

Fr. 249 παροινεῖς εἰς ἐμέ, ubi praepositionem, in libris omissam, recte vv. dd. revocarunt. (Cf. Bachm. p. 145). 692 εἰς ἥρων τι παρήμαρτον.

β) Verba dicendi, e quibus praepositio cum casu suo pendet, haec sunt:

ἀείδειν s. ᾄδειν (ubi εἰς „ad alicuius honorem" multis locis reddi potest): E. 1265 θοᾶν ἵππων ἐλατῆρας ἀείδειν μηδὲν ἐς Λυσίστρατον, ubi tamen corruptelam latere Kockius suspicatur.

N. 1204 εἰς ἐμαυτὸν καὶ τὸν υἱὸν τουτονὶ—ᾀστέον μοὐγκώμιον.

P. 1300 εἰς τὸν σαυτοῦ πατέρ' ᾄδεις.

Av. 1416 εἰς θοἰμάτιον τὸ σκόλιον ᾄδειν.

L. 1244 ἵν' ἐγὼ — ἀείσω καλὸν ἐς τὼς 'Ασαναίως τε χἄμ' ἄεισμ' ἁμᾷ (Laconis verba sunt).

Fr. 491, 3 ᾄδωμεν εἰς τὸν δεσπότην ἐγκώμιον.

αἰνίττεσθαι (cf. Av. 970, ubi eodem sensu positum est πρός) „occulte alqm alqa re significare“: E. 1085 τὴν Κυλλήνην—ὁ Φοῖβος εἰς τὴν χεῖρ' ὀρθῶς ᾐνίξατο τὴν Διοπείθους.

P. 47 εἰς Κλέωνα τοῦτ' αἰνίσσεται.

ἐρείδειν et ποιεῖν: N. 557—558 Ἕρμιππος — ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον, ἄλλοι τ' ἤδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον, ubi, si schol. Vict. fides danda est, ἐρείδουσι idem est atque ἑδραιοῦσι τὰς ἑαυτῶν κωμῳδίας, sed nescio an latiore sensu („insectari“) dictum sit.

Av. 917 μέλη πεποίηκ' εἰς τὰς Νεφελοκοκκυγίας. 949 κἀς τὴν πόλιν—ποιήσω τοιαδί.

R. 1048 ἃ—εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἐποίεις.

λέγειν: Av. 963 χρησμὸς—λέγων εἰς τὰς Νεφελοκοκκυγίας.

στωμύλλεσθαι: P. 995 τὰς ὑπονοίας αἷς στωμυλλόμεθ' εἰς ἀλλήλους.

His addo verbum cogitandi

ὑπονοεῖν: Pl. 361 σὺ μηδὲν εἰς ἔμ' ὑπονόει τοιουτονί.

d) Duobus denique locis εἰς causam indicare videtur.

E. 90 οἶνον εἰς ἐπίνοιαν λοιδορεῖν, ubi v. Kock.

P. 740 εἰς τὰ ῥάκια σκώπτοντας.

2) Quibus expositis, de eo usu εἰς praepositionis dicamus, cum *finem consiliumque* agendi significat, id quod Latini „ad“ praepositione, nos „для, на“ sim. exprimere solemus.

a) Et primum quidem id, cuius causa aliquid agitur, ipsum aliqua *actio* potest esse (ubi Latine „ut“ cum coniunctivo dici potest). Utrum autem sensum, activum an passivum, substantivum verbale habeat, e cohaerentia orationis eruitur (veluti εἰς ἐπίδειξιν potest valere et „ut ostendat alqs alqd“ et ipse „ut ostendatur“ vel „se ostendat“).

N. 269 ἔλθετε—τῷδ' εἰς ἐπίδειξιν „ut vos ostendatis“.

V. 369 ἄνοντος εἰς σωτηρίαν. 562 πάσας φωνὰς ἱέντων εἰς ἀπόφευξιν. 645 παντοίας πλέκειν εἰς ἀπόφευξιν παλάμας.

Fr. 619 χωρεῖ 'πὶ γραμμὴν λορδὸς ὡς εἰς ἐμβολήν „ut impetum faciat".

b) Quibus simillimi sunt hi loci, nisi quod quae praepositioni adiuncta sunt nomina vi verbali carent:

E. 187 ὅσον πέπονθας ἀγαθὸν εἰς τὰ πράγματα.

N. 1110 τὴν—ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον στόμωσον οἵαν εἰς τὰ μείζω πράγματα.

P. 1206 τὰ δῶρά—σοι φέρομεν εἰς τοὺς γάμους.

Av. 1689 κατεκόπησαν—εἰς τοὺς γάμους.

R. 731 εἰς ἅπαντα χρώμεθα, ubi operae pretium est videre, quae Kock. annotavit.

c) Sequuntur loci, ubi de *pecunia* agitur, quae *ad* aliquid *emendum* vel *faciendum* consumitur:

E. 915 (ναῦν), εἰς ἣν ἀναλῶν.

N. 612 εἰς δᾳδ' οὐκ ἔλαττον ἢ δραχμήν, ubi compendii verbum auditur. 859 εἰς τὸ δέον ἀπώλεσα (τὰς ἐμβάδας).

P. 374 εἰς χοιρίδιον—δάνεισον τρεῖς δραχμάς.

Pl. 983 ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ᾔτησ' εἴκοσιν εἰς ἱμάτιον, ὀκτὼ δ' ἂν εἰς ὑποδήματα. 1012 ᾔτησ' ἂν εἰς ὑποδήματα.

Fr. 220, 1—2 εἰς τὰς τριήρεις—ἀναλοῦν ταῦτα καὶ τὰ τείχη, εἰς οἷ' ἀνάλουν οἱ πρὸ τοῦ τὰ χρήματα.

Huic usui persimilis is est, cum εἰς rei additur, *ad* quam *faciendam* aliquid destinatur:

E. 1185 αὔτ' (= τὰ ἔντερα) ἔπεμψέ σοι εἰς τὰς τριήρεις ἐντερόνειαν ἡ θεός.

P. 1263 λάβοιμ' ἂν αὔτ' (=τὰ δόρατα) εἰς χάρακας.

d) Quarti generis ii sunt loci, quibus finalis notio cum locali (α) aut temporali (β) ita conexa est, ut nequaquam dirimi possint. Ut ἐμπολῶ κάδον εἰς τοὺς ἀγρούς aut εἰς τοὺς Χόας valet: cadum emo, ut eo ruri aut Choum tempore utar.

α) P. 37 τὰ σχοινία — συμβάλλοντες εἰς τὰς ὁλκάδας, ubi sch. συμβάλλοντες interpretantur συμπλέκοντες (συνδέοντες V). Sed hic inter lexicographos est στάσις πολλὴ πάνυ, ut Aristophanis verbis utar. Namque in Stephani Thesauro (v. VII, p. 1045) id verbum hoc loco „conicere" intellegitur, eique consentit Passowius, id vocabulum Germanice „zusammentragen" exprimens; contra Papeus scholiastae explanationem probare videtur, cum eam vocem „zusammenflechten, - drehen" vertit. Nec tamen dubium esse potest,

quin antiqui interpretes multo propius ad scriptoris voluntatem accesserint; nam etsi ea vis verbo nusquam alibi subiecta esse videtur, tamen sententia loci valde commendatur (V. sch. ad v. 36). Nec mediocriter huic interpretationi favet vocabulum σχοινιοσυμβολεύς, quod Pollux (VII, 160) interpretatur οἱ τὰ σχοινία καὶ τοὺς κλάδους πλέκοντες, ubi L. Dindorfius (Thes. v. VII, p. 1678) κάλους scribendum suspicatur. — 563 ἐμπολήσαντές τι χρηστὸν εἰς ἀγρὸν ταρίχιον. 1202 δδὶ—τριδράχμους τοὺς κάδους εἰς τοὺς ἀγροὺς (ἐμπολεῖ).

Fr. 204, 2 κυνίδιον λεπτὸν ἐπρίω τῇ θεᾷ εἰς τὰς τριόδους, ubi Cobetus recte θεῷ scribi iubet.

β) A. 961 εἰς τοὺς Χόας - μεταδοῦναι τῶν κιχλῶν.

P. 879 εἰς Ἴσθμια σκηνὴν—καταλαμβάνω.

e) Huc adiungo exemplum, ubi praepositio cum casu suo eventum actionis exprimit, id quod etiam omissa praepositione solo nomine, appositionis vicem sustinente, significari potest.

A. 320 καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον εἰς φοινικίδα „hunc lanae instar concerpere, ut vestis punicea fiat", ubi Blaydesius, Halbertsma duce, τουτονὶ φοινικίδα conicit, coll. v. 301 ὃν κατατεμῶ τοῖσιν ἱππεῦσι καττύματα. Profecto, bona est coniectura atque εἰς facile potest ex interpretamento natum esse hominis, verborum compositionem non intellegentis. Sed libri omnes et Photius (p. 22, 22: ἐς φοινικίδα καταξᾶναι· αἱματόρρυτον ποιῆσαι· οἱ δὲ ὅτι εἰς φοινικίδα κατέξαινον τὰ ἔρια etc., qui locus a Blaydesio ad h. v. allatus est) praepositionem tuentur.

3) Praeterea εἰς legitur, extremum finem numeri indicans, ultra quem quid non procedit in

Th. 452 οὐκέτ' ἐμπολῶμεν οὐδ' εἰς ἥμισυ „non iam negotia facimus, vendimus ne ad dimidiam quidem partem" „въ половину". Perperam hic Meinekeus, Hamakero duce, οὐδὲ θἤμισυ scripsit, quia εἰς supervacaneum esset, desideraretur vero articulus. Quem non desiderari multis exemplis demonstrat Bachmannus p. 15.

4) Postremo loco apponam locutiones, quae in adverbii paene notionem abierunt, ut

A. 686 εἰς τάχος παίει, quod idem fere valet ac ταχέως.

N. 593 αὖθις εἰς τἀρχαῖον ὑμῖν, εἴ τι κἀξημάρτετε, ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει συνοίσεται „ut ante".

Av. 457 λέγ' εἰς κοινόν „in medium". 805 εἰς εὐτέλειαν χηνὶ συγγεγραμμένῳ, quod idem est atque εὐτελῶς.

Th. 954 ὅρμα, χώρει κοῦφα ποσίν, ἄγ', εἰς κύκλον, ubi εἰς κ. cum χώρει coniungendum docent hh. dd., ut sententia sit: „concita te, age procede celeriter pedibus in orbem": εἰς κύκλον autem idem est atque κυκλόσε.

Fr. 580, 2 ξυνέζης εἰς τὰ πόλλ' Εὐριπίδῃ „plerumque" vel „diu".

IV. Restat unus locus

Fr. 724 πέμπειν τοὺς εἰς ἀφορμήν, ubi cum de poetae verbis omnino non constet, praepositioni quoque quae vis subiecta sit, ignoramus, praesertim cum versus corruptus sit.

V. Nec prius huius disputationis finem faciam, quam de aliquot verbis ponendi, condendi, considendi, conveniendi sim. paucis exposuero. Eiusmodi verba apud Ar. haec inveniuntur: τιθέναι (κατα—, ἐν—), κατακλείειν, ἀφανίζειν ἑαυτόν, ἀποκρύπτεσθαι, κατακλείειν, καθείργειν, κρεμαννύναι, συλλέγειν, συναθροίζειν, παρεῖναι, ἱστάναι, καθίζεσθαι, ἀπο—, ἐμβάπτειν et alia generis eiusdem. Quae cum simul et quietis et motus notionem contineant, idcirco et ἐν et εἰς praepositiones admittunt; qua in re nostra lingua mirum quantum cum Graeca convenit. Itaque, cum eiusmodi verbum quietem significat, solet ei ἐν subiungi; sin motum aliquo directum, εἰς apponitur.

R. 1522 εἰς τὸν θᾶκον ἐγκαθεδεῖται, sed E. 750 καθιζοίμην ἐν ἄλλῳ χωρίῳ.

N. 751 καθείρξαιμ' εἰς λοφεῖον, contra Av. 1085 εἰργμένους ἐν αὐλῇ.

Av. 437 κρεμάσατον εἰς τὸν ἰπνόν, sed A. 279 ἐν τῷ φεψάλῳ κρεμήσεται.

A. 920 ἐνθεὶς εἰς τίφην. Ec. 346 εἰς τὼ κοθόρνω ἐνθείς. L. 185 θὲς εἰς τὸ πρόσθεν. Ec. 602 εἰς τὸ μέσον καταθήσει. Ec. 681 εἰς τὴν ἀγορὰν καταθήσω, sed E. 1369 ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ.

Alia exempla haec addo:

1) ubi verbo εἰς solum subiungitur:

ἀποκρύπτεσθαι: E. 424 ἀποκρυπτόμενος εἰς τὼ κοχώνα.

ἀφανίζειν: Pl. 741 ἠφάνισεν αὑτὸν εἰς τὸν νεών.

κατακλῄειν: N. 404 εἰς ταύτας κατακλῃσθῇ.

κατακλίνειν: V. 124 κατέκλινεν εἰς 'Ασκληπιοῦ. Pl. 411 κατακλίνειν εἰς 'Ασκληπιοῦ.

ξυλλέγειν: A. 184 κὰς τοὺς τρίβωνας ξυνελέγοντο τῶν λίθων.

παρεῖναι: E. 751 παρεῖν' εἰς τὴν Πύκνα. Ec. 283 παροῦσιν εἰς τὴν Πύκνα.

2) ubi verbo omnibus locis ἐν subiunctum est:
ἱστάναι: A. 728 στήσω ἐν τἀγορᾷ. E. 267 ἐν πόλει ἱστάναι μνημεῖον. N. 271 ἐν κήποις ἵστατε χορόν. P. 1249 τὰ σῦκ' ἐν ἀγρῷ ἱστάναι. Av. 620 ἐν ταῖσιν κομάροις στάντες.

Ω Σ.

De ὡς praepositionis apud Ar. usu doctissime Bachmannus disputavit Coni. pp. 113—116 et Phil. V Suppl., p 241. Neque male T. Mommsenus (Beiträge zu d. Lehre von den gr. Präp. 1886, p. 53) ex eo, quod in tota poesi Graecorum nunquam ὡς praepositio invenitur, nisi apud comicos et Sophoclem Euripidemque (qui tamen eam rarissime habent), colligit, hanc particulam communis sermonis propriam fuisse.

Pendere solet ὡς ex verbis movendi iisque, in quibus movendi notio lateat, ut καλεῖν. Adiungitur semper personis, nunquam rebus; semper dicitur proprio locali sensu („ad" „къ") idque duplici ratione: aut simpliciter aliquem ad alium accedere significat (1), aut aliquem domum alicuius inire indicat (2).

1) A. 65 ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα. 675 ἐλθὲ—ὡς ἐμέ. 1224 ὡς τοὺς κριτάς μ' ἐκφέρετε.

E. 501 ὡς ἡμᾶς ἔλθοις. 1196 ὥς ἔμ' ἔρχονται.

N. 237 κατάβηθ'—ὡς ἐμέ. 1163 ὃν κάλεσον—ὡς ἐμέ.

V. 815 τί τὸν ὄρνιν ὡς ἔμ' ἐξηνέγκατε;

P. 104 ὡς τὸν Δία (πέτεσθαι).

Av. 317 ἀφῖχθον ὡς ἐμέ. 754 ὡς ἡμᾶς ἴτω. 1518 οὐδὲ κνῖσα μηρίων ἄπο ἀνῆλθεν ὡς ἡμᾶς (= τοὺς θεούς). Bachm. p. 116 negat, Atticos unquam ὡς de *re* ad alqm perveniente dixisse, eamque ob causam, coll. P. 128. 130. 132. Av. 843, εἰς ἡμᾶς conicit. Sed ne sit medicina morbo gravior. Nam cum ὡς a verbis eundi, veniendi sim. pendere soleat, nihil mirum, si de personis fere dicitur; nec tamen video, cur de re dici non possit. Bachmanni autem coniectura vel eo improbabilis est, quod, ut ἐν θεοῖς „inter deos" vix κνῖσα versari dici potest, ita non magis εἰς θεοὺς ἀνελθεῖν eam quemquam dicturum puto.—1647 ὡς ἔμ' ἀποχώρησον.

L. 746 μ' ὡς τὴν μαῖαν—ἀπόπεμψον. 829 ἴτε—ὡς ἐμέ.

Th. 488 ἐξῆλθον ὡς τὸν μοιχόν. 617 οὐ βαδιεῖ—ὡς ἐμέ; 894 οὗτος —. ἀνῆλθεν — ὡς τὰς γυναῖκας. 1020 ὡς τὴν γυναῖκά μ' ἐλθεῖν. 1178 ἔρχεθ' ὡς ἄνδρας τινάς. 1206 τενεῖς ὡς τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία.

R. 1192 ὡς Πόλυβον ἤρρησεν. 1509 ἥκειν ὡς ἐμέ.

2) A. 394 βαδιστέ' ἐστὶν ὡς Εὐριπίδην.

V. 1042 ἀναπηδᾶν—ὡς τὸν πολέμαρχον.

Av. 619 ὡς Ἄμμων' ἐλθόντες. Ita Mein. de coniectura edidit, cum libri εἰς exhibeant. „Qua coniectura fortasse non opus est, cum de Ammone tanquam de loco loquatur" (Blaydes.). Codicum scripturam defendunt etiam Bachm. p. 115 et Vahlen. p. 18.

Ec. 675 βαδίζειν ὡς ἀλλήλους. Libri fluctuant: alii (R. B) εἰς habent, ὡς alii (A. Γ. N). Utrumque bonum, ut nihil opus sit Dindorfii coniectura, a Mein. in exemplum recepta, Bachmanno probata (p. 115), εἰς ἀλλήλων. Ravennatis lectionem Vahlenus tuetur (p. 18).—925 ὡς σὲ — εἴσεισι. 933 εἶσιν ὡς ἐμέ. 1005 ἕπου— ὡς ἐμέ. 1013 βαδίζειν ὡς ἐμέ. 1028 ἀκολουθεῖν ὡς ἐμέ. 1084 ἴθ' ὡς ἐμέ. 1088 βάδιζε—ὡς ἐμέ.

Pl. 89 (ὅτι) ὡς τοὺς δικαίους κτλ. — βαδιοίμην. 97 ὡς τοὺς δικαίους δ' ἂν βαδίζοις. 237 ὡς φειδωλὸν εἰσελθών. 242 ὡς παραπλῆγ' ἄνθρωπον εἰσελθών, quorum locorum in illo omnes fere codices, in hoc pauci (etiam V) εἰς praebent, quod, de persona dictum, sine dubio vitiosum est. V. Bachm. p. 115, Elmslei Ach. p. 127. 404 ὡς ἔμ' ἦλθεν οὐδεπώποτε. 495 ὡς τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων βαδιεῖται. 1201 ἥξει—ὡς σέ 1203 ἥξειν—ὡς ἐμέ.

Restant duo loci

A. 242, de quo supra dixi p. 48 et

P. 174 πρόσεχε τὸν νοῦν ὡς ἐμέ· ἤδη στρέφει τι πνεῦμα περὶ τὸν ὀμφαλόν. Hunc locum, quo neque ὡς, c πρ. τ. ν. suspensum, neque asyndeton ferri potest, lenissima coniectura emendavit Blaydes., cum colon, quo vulgo post ἐμέ distinguitur, post νοῦν posuit. V. Bachm., qui cum Coni. p. 116 εἰς ἐμὲ coniecisset (quod et ipsum vix dici potest), nunc (Phil. V Suppl., p. 241) Blaydesii emendationem ascivit.

ΑΝΑ.

De forma. Attica forma ἀνά Ar. utitur, ubicunque personas Attice loquentes facit; Dorica ἄν utuntur, qui Dorice loquentes inducuntur: homo Megarensis in A. 796 et praeco Spartanus in L. 1002.

De usu. Ab usitato Atticorum sermone ἀνά alienum fuisse videtur; quare ab Ar., nisi in melicis partibus aut parodiis, non usurpatur. Invenitur autem bis in *tmesi*: V. 784 ἀνά τοί με πείθεις et R. 1106 ἀνὰ δ' ἔρεσθον (quod a Bergkio ex ἀναδέρετον codicum restitutum est); ceteris locis, qui omnino 8 vel 9 numero sunt, praepositio est, accusativo iuncta.

I. *Locali* sensu duplici ratione usurpatur.

1) Primitivam vim „*(sursum) in aliquid*" „*на*", quam apud Homerum invenimus (velut in Od. 22, 176 κίον' ἀν' ὑψηλὴν ἐρύσαι), habet particula in sermone hominis Megarensis

A. 796 ἂν τὸν ὀδελὸν ἀμπεπαρμένον, ubi codices nonnulli ἐς praebent, quod videtur interpretamentum esse illius. Cf. Blaydes. ad h. l.

2) Saepius indicat, aliquid moveri vel pervagari vel fieri *per* aliquod spatium ita, ut sit omnibus locis ac per totum spatium aequaliter diffundatur („по"). Plane eodem sensu in usitato sermone Attici κατά usurpant: nec enim assentior G. Hermanno, qui inter has praepositiones hoc interesse putat (Opusc. v. 5, p. 41): „qui ἀνὰ ἄστυ eunt, recta tendere per urbem dicuntur; qui κατὰ ἄστυ, ultro citroque".

Av. 1265 ἱερόθυτον ἀνὰ δάπεδον—πέμπειν καπνόν.

L. 1002 ἂν γὰρ τὰν πόλιν ᾇπερ λυχνοφορίοντες ὑποκεκύφαμες.

R. 326 τόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων. 441 χωρεῖτε—ἱερὸν ἀνὰ κύκλον θεᾶς, ἀνθοφόρον ἀν' ἄλσος.

II. *Tralato* sensu, ut κατά, aliquid alicui rei *convenienter* fieri significat („по, сообразно съ").

Av. 1379 πόδα—ἀνὰ κύκλον κυκλεῖς, i. e. in orbem, ut claudi.

R. 1327 ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον Κυρήνης μελοποιῶν „qui duodecim figuras Cyrenae imitans modularis", ubi Fritzscheus: „Nostro loco, inquit, Ar. pro ἀνά sine dubio scripsisset κατὰ τὸ δ., nisi parodiae causa ipsis verbis uti maluisset Euripidis".

III. Restat unus locus

R. 554 κρέα — εἴκοσιν ἀν' ἡμιωβολιαῖα (κατέφαγε), ut nunc ab omnibus de Kusteri coniectura editur, cum libri omnes ἀνημιωβολιαῖα vel ἀνημιωβολιμαῖα exhibeant. Kusteri coniectura, etsi omnibus probata est, his de causis recipi non potest. Primum, quod ἀνά praepositio adiectivo ἡμιωβολιαῖος, quo substantivum definitur, adiuncta, aeque soloeca est, ac si quis κρέα ἀνὰ μεγάλα dicat: nec enim praepositio habet, quo referatur, cum casu careat. (Saltem dicendum erat ἀν' ἡμιωβόλιον; cf. Dem. 27, 9 μαχαιροποιοὺς τριάκοντα καὶ δύο ἢ τρεῖς ἀνὰ πέντε μνᾶς καὶ ἕξ). Deinde, quis ferat, praepositionem, ad magnificum genus dicendi pertinentem, a quotidiano sermone adeo alienam, ut apud Thuc. bis (3, 22, 1 et 4, 72, 2), apud oratores* omnino quater legatur: apud Demosthenem bis (or. 27, 9 et 55, 19) itemque bis apud Andocidem (de myst. 38), in titulis Atticis nusquam inveniatur, qua ne tragici quidem in diverbiis uti soleant, eam hic a caupona in usitatissimo sermone sine ulla necessitate, sine ulla parodia dici? Quae cum ita sint, codicum lectionem unice veram esse puto atque verbum ἀνημιωβολιαῖος, quamvis nonnullis monstruosum videatur, in usu Atticorum fuisse contendo. Neque vero omni analogia caret, ut iam scholiasta vidit, cuius interpretationem operae pretium est audire: ἀπὸ δὲ συντάξεως, inquit, ὀνόματα γίνεται καλὸς καὶ ἀγαθός, καλοκαγαθία· θεοῖς ἐχθρός, θεοεχθρία· οὕτως ἀν' ἡμιωβόλιον**, ἀνημιωβολιαῖον. δηλοῖ δὲ ἡμιωβόλου ἄξια. ἐπισημειοῦσθαι δὲ τὴν λέξιν ἔδει τῷ χ. Ut ἡμιωβολιαῖος ad ἀνημιωβολιαῖος, sic ἡμέριος et ἡμερινός ad καθημέριος et καθημερινός. Et Henr. Stephanus (Thes. v. I, 2, p. 742), cui v. ἀνημιωβόλιον, ex quo hoc ἀνημιωβολιαῖος deducunt, propter praep. ἀνά suspectum videtur, in derivato praepositionem minus miram esse recte censet. Atque hoc idem, quod ego, sensit iam, ut nunc video, Maur. Meierus (Opuscula Acad. I, p. 57), qui cum alia tum haec dicit: „Itaque recte dixeris ἀν' ἡμιωβόλιον, non ἀν' ἡμιωβολιαῖον; contra recte ex illo novum oritur adiectivum ἀνημιωβολιαῖα, quo non minus significatur complurium rerum singulas esse ἡμιωβολίου pretio, quam ἡμιωβολιαῖον una res dicitur, quae eo est pretio".

---

* Cf. Lutz. Allgemeine Beobachtungen üb. die Präp. bei den Attischen Rednern, 1883, qui tamen e Demosthene unum locum affert 55, 19.

** Ita emendavit Salmasius. Libri ἀνημιωβόλιον.

ΕΚ. ΕΞ.

De forma. Ante consonantes litteras in codicibus Ar. semper ἐκ scribitur, ante vocales ἐξ.

De usu. In *tmesi* semel legitur

Av. 1070 ἐκ φοναῖς ὄλλυται, quod tamen Reisigii coniecturae (Coni. p. 219) debetur; in libris contra metrum scriptum est φοναῖς ἐξόλλυται; in veteribus editionibus, codicibus neglectis, ἐν φοναῖς ὀλλ. vulgo legitur. (Cf. Bachm. p. 101 et 117).

Ceteris omnibus locis ἐκ praepositio est, genetivo iuncta. Cuius primaria atque propria vis ac potestas ea videtur esse, ut *exitum* significet ex interiore saepissime parte alicuius loci vel rei, cuius terminis res illa, quae exit, ante ipsum exitum quasi saepta teneri cogitatur („ex", „изъ"); respondet igitur ἐν et εἰς praepositionibus.

I. Ac primum quidem de *locali* eius usu dicemus; in quo exponendo eandem rationem atque in illis praepositionibus sequemur.

1) Primaria vis praepositionis „ex" his locis apparet.

a) Cum nominibus *locorum* coniunctum, ἐκ suspensum invenitur ex verbis eundi, veniendi, capiendi aliis vel etiam e nudo substantivo, ubi tamen eiusmodi verbi participium simul audire possis.

ἀ γ ο ρ ά: Fr. 387, 8 περιμένειν ἐξ ἀγορᾶς ἰχθύδια.

ἀ γ ρ ό ς: P. 632 ἐκ τῶν ἀγρῶν ξυνῆλθεν.

Av. 111 ἂν ἐξ ἀγροῦ λάβοις, ubi nos, quemadmodum apud alia verba capiendi (ut in R. 1296), potius „въ" cum casu praepositionali dicamus „въ деревнѣ", itemque Anglice „in the fields". 579 ἐκ τῶν ἀγρῶν τὸ σπέρμ'—ἀνακάψαι.

Ec. 281 ἐκ τῶν ἀ. εἰς τὴν Πύκν' ἥξειν.

ἀ π ό τ ρ ο χ ο ι: Fr. 637 εβάδιζε — ἐξ ἀποτρόχων, quod Kockius „ambulationes" interpretatur.

ἄ σ τ υ: Ec. 300 τοὺς ἐξ ἄστεως ἥκοντας.

Fr. 107, 1 ἐξ ἄστεος—εἰς ἀγρὸν χωρῶμεν.

β υ θ ό ς: E. 607 κἀκ βυθοῦ θηρώμενοι.

γ ῆ: E. 699 εἰ μή σ' ἐκφάγω ἐκ τῆσδε τῆς γῆς. Notandum est, verbum ἐκφάγω hic sensu praegnanti, quem vocant, dictum esse „comesum eiecero"; similiter N. 33 ἐξήλικας ἐκ τῶν ἐμῶν „volvendo eiecisti"; N. 37 δάκνει ἐκ τῶν στρωμάτων „mordendo excitat e

stragulis lecti"; L. 576 ἐκ τῆς πόλεως ἐκραβδίζειν „virgis caesum expellere" (cf. Bachm. p. 77).

R. 1238 et 1240 (Euripidis versus sunt) ἐκ γῆς λαβὼν σταχύν.

ἐκκλησία: Ec. 376 πόθεν ἥκεις;—ἐξ ἐκκλησίας. 501 χωροῦσαν ἐξ ἐκκκησίας. 548 ὃν (=πυρῶν ἑκτέα) χρῆν ἔμ' ἐξ ἐκκλησίας λαβεῖν, ubi tamen ἐξ ἐκκλ. non proprio sensu dictum est, sed „si contioni interfuissem" valet.

οὐρανός: P. 847 ἐκ τοὐρανοῦ (ἔλαβον ταύτας).

πατρίς: Av. 35 ἀνεπτόμεθ' ἐκ τῆς π.

πόλις: A. 506 ἐκ τῶν π. οἱ ξύμμαχοι (ἥκουσιν). 643 ἐκ τῶν π. τὸν φόρον—ἀπάγοντες.

E. 796 τὰς πρεσβείας ἀπελαύνεις ἐκ τῆς π. 1093 ἐκ πόλεως ἐλθεῖν.

V. 925 ἐκ τῶν π. τὸ σκῖρον ἐξεδήδοκεν.

L. 575 ἐκ τῆς π.—ἐκραβδίζειν τοὺς μοχθηρούς.

φελλεύς: A. 273 κλέπτουσαν — τὴν Στρυμοδώρου Θρᾷτταν ἐκ τοῦ φελλέως. Muellerus et Blaydesius postrema verba vetant cum κλέπτουσαν coniungi, sed cum τὴν Σ. Θ., quod qua ratione fieri possit, non mehercule intellego. Primum enim articulum non repetitum ante ἐκ τοῦ φελλέως (cf. Kr. I, 50, 8, 9) non magis fero, quam in A. 412. 636, L. 395 (Bachm. p. 24), Th. 558 (Bachm. p. 38), Pl. 843 (Mein. Vind. p. 216); cf. Anaxandr. III, 174 τὴν ἐκ Κορίνθου Λαΐδ' οἶσθα. Deinde, φελλεύς non est nomen proprium, ut Muellerus putat, Leakeum secutus, sed quilibet locus saxosus ita appellabatur: cf. Harpocr. p. 181, 9 τὰ πετρώδη καὶ αἰγίβοτα χωρία φελλέας ἐκάλουν. De hac re operae pretium est legere, quae Schoemannus p. 12 annotavit: „omnes eos locos, quibus freti nonnulli Phelleum certae cuiusdam regionis proprium nomen fuisse crediderunt, etiam diversam interpretationem admittere, et appellativum potius id nomen fuisse ex iis, quae olim a me ad Isaeum p. 400 proposita sunt, satis liquido apparere". Quod si ita est, verba ἐκ τοῦ φ. ancillae attributum esse non possunt, praesertim cum in talibus locis neminem habitasse probabile sit; contra, ligna inde furatam esse ancillam vel ὑληφόρος docet. Obiter notabo Blaydesii inconstantiam, qui in textu v. φελλεύς grandi littera scribit, in annotatione—minuta.

N. 71 ὅταν—τὰς αἶγας ἐκ τοῦ φελλέως (ἐλαύνῃς).

χωρίον: N. 1123 λαμβάνων οὔτ' οἶνον οὔτ' ἄλλ' οὐδὲν ἐκ τοῦ χ. „e fundo".

P. 1146 Μανῆν—βωστρησάτω 'κ τοῦ χ. „ex agro".

χ ώ ρ α: Pl. 430 ἐκ πάσης με χώρας ἐκβαλεῖν. Hunc locum sanissimum nuper Herwerdenus inutili coniectura tentavit (Hermae v. 24, p. 634). „Ἐκ πάσης χώρας, inquit, significat *ex omni terrarum orbe*, sed aperte sententia postulat *e tota Attica*, i. e. ἐκ πάσης τῆς χώρας. Cf. mox (434) ἀνθ' ὧν ἐμὲ ζητεῖτον ἐνθένδ' ἀφανίσαι. Quare corrigam ζητοῦντε τῆς πάσης με χώρας ἐκβαλεῖν, qua correctione simul restituitur numerus dualis aptior post δεδράκατον". In his omnibus nulli fere verbo hominis eruditissimi assentior. Ac primum quidem sententiam postulare non „e tota Attica", sed „e tota Graecia" v. 463 σὲ πρῶτον ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος disertissime docet. Graeciam autem pro toto orbe terrarum Chremylo esse (quia videlicet barbarorum nullam rationem habet) e v. 461 εἰ π ᾶ σ ι ν ἀ ν θ ρ ώ π ο ι ς ἐκπορίζομεν ἀγαθόν discimus, quod non est „omnibus mortalibus", sed „omnibus Graecis", ut e v. 463 patet. Quae cum ita sint, quid obstat, quominus verba ἐκ πάσης χώρας intellegamus „ex omni Graeciae regione"? Ipsius vero Herwerdeni coniectura vel eo non est ferenda, quod „Ar. verbis cum praep. ἐκ compositis locali intellectu simplicem gen. sine repetita praep. non iunxit nisi ubi elatius poetarum dicendi genus imitatur" (Bachm. p. 78). Denique pluralem participii offensioni non esse cum alia, tum vv. 464—465 ἐκβαλόντες ostendunt.

Sequuntur *nomina propria* locorum:

Α ἴ γ ι ν α: R. 363 τἀπόρρητ' ἀποπέμπει ἐξ Αἰγίνης.

Ἑ λ λ ά ς: Pl. 463 σὲ—ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Ἑ.

Θ ε τ τ α λ ί α: Pl. 521 ἥκων ἐκ Θετταλίας.

Λ α κ ε δ α ί μ ω ν: A. 175 ἐκ Λακεδαίμονος — Ἀμφίθεος δδί, ubi verbum veniendi cogitando supplendum est.

P. 274 ἕτερον—ἐκ Λακεδαίμονος μέτει.

Λ ι β ύ η: Av. 1136 ἐκ—Λιβύης ἧκον.

Λ ύ κ ε ι ο ν: P. 356 πλανώμενοι εἰς Λύκειον κἀκ Λυκείου.

Μ α ρ α θ ώ ν: R. 1296 ἐκ Μαραθῶνος—συνέλεξας—μέλη.

Μ υ τ ι λ ή ν η: E. 834 δωροδοκήσαντ' ἐκ Μυτιλήνης.

Π ο τ ε ί δ α ι α: E. 438 ἐκ Ποτειδαίας ἔχοντα δέκα τάλαντα.

Π ύ λ ο ς: E. 742 ὅτι τῶν στρατηγῶν ὑποδραμόντων ἐκ Πύλου πλεύσας ἐκεῖσε τοὺς Λάκωνας ἤγαγον*. Ita scripsit Mein. in exem-

* **Bene hanc lectionem Brunckius refutat: «primum, inquit, falsum est, duces Athen. e Pylo aufugisse, 2. hoc non dici potuit ὑποδραμεῖν ἐκ Πύλου».**

plari suo, cuius rei Vind. p. 61 eum poenituit ibique coniecturas scribae cod. B τὸν στρατηγὸν ὑποδραμὼν τὸν ἐκ Π. et Brunckii τοὺς στρατηγοὺς ὑποδραμὼν (supplantans) τοὺς ἐν Πύλῳ probat. Quarum neutra mihi satisfacit. Haec enim, ut ipse Meinekeus fatetur, a libris longius recedit, ubi sine sensu legitur τῶν στρατηγῶν ὑποδραμὼν τῶν ἐκ Π. In illa vero scriptura τὸν στρ. τὸν ἐκ Π. non satis liquet, quis sit hic strategus. Niciam intellegit Meinekeus: at quomodo Nicias ὁ ἐκ Πύλου appellari potest, qui ad Pylum ne profectus quidem erat, sed Athenis manebat? Demosthenem significari vult Botheus, „qui ex Pylo rediit“: sed Demosthenes tum non Athenis, sed ad Pylum erat; participio autem ὑποδραμών illud indicatur, quod ante factum est, quam Cleo ad Pylum proficisceretur. Potius igitur ὁ ἐκ Πύλου dictum esse pro ὁ ἐν Πύλῳ putaverim (v. Kr. I, 50, 8, 13), quamquam ne ita quidem locum omni vitio vacuum esse credo: nec enim Demosthenem solum, sed omnes, qui ad Pylum erant, praetores Cleo incusasse videtur (cf. v. 355 κασαλβάσω τοὺς ἐν Πύλῳ στρατηγούς, ubi animadverte etiam, ἐν Πύλῳ dictum esse, non ἐκ Πύλου, ut apud Thuc. 4, 29, 1, τῶν ἐν Πύλῳ στρατηγῶν), nec sine causa libri pluralem tuentur. Attamen hoc versu de Demosthene eiusque collegis agi ex verbis ἔψοντος ἑτέρου (v. 745) patet: nam vv. 742—3 et 744—5, ut recte observavit Kockius, inter se ad verbum respondent, ut in verbis τῶν στρατηγῶν ὑποδραμὼν τῶν genetivus absolutus, qui similem sensum habeat atque illa ἕψ. ἑτ., latere videatur. Quare a ratione loci alienum est, quod Kockius coniecit: ὅ τι; τῶν στρατηγῶν ὑποτρεμόντων ἐκ Π.: nam verbo ὑποτρέμειν „paulum tremere“ vix hic quidquam loci potest esse.

N. 186 τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι.

Χερρόνησος: E. 262 καταγαγὼν ἐκ Χερρονήσου.

Ὠρεός: P. 1125 ἦλθ' ἐξ Ὠρεοῦ.

b) Jam enumerentur nomina *aedificiorum* ἐκ praepositioni adiuncta.

ἄδυτον: E. 1016 Ἀπόλλων ἴαχεν ἐξ ἀδύτοιο.

βαλανεῖον: E. 1401 κἀκ τῶν β. πίεται τὸ λούτριον.

Pl. 535 φῳδων ἐκ βαλανείου. 616 χωρῶν ἐκ βαλανείου.

δωμάτιον: Fr. 19, 1 ἐκ τοῦ δ.—φέρε κνέφαλλον.

ναός, νεώς: L. 775 ἢν—ἀναπτῶνται—ἐξ ἱεροῦ ναοῖο.

Pl. 733 ἐξηξάτην—δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεώ.

οἰκία: N. 123 ἐξελῶ σ' ἐς κόρακας ἐκ τῆς οἰκίας. 802 ἐξελῶ 'κ τῆς οἰκίας (αὐτόν).

L. 866 αὕτη 'ξῆλθεν ἐκ τῆς οἰκίας.

Ec. 65 τὸ ξυρὸν—ἐκ τῆς οἰκίας ἔρριψα.

Pl. 205 εἰσδὺς γάρ ποτε, οὐκ εἶχεν ἐκ τῆς οἰκίας οὐδὲν λαβεῖν, εὑρὼν ἁπαξάπαντα κατακεκλῃμένα, εἶτ' ὠνόμασέ μου τὴν πρόνοιαν δειλίαν. Ita scripsit Velsenus de Bothei coniectura, cum libri εἰς τὴν οἰκίαν praebeant. Hic video hh. dd. valde inter se dissentire. Alii enim (ut Bambergius 1869, p. 19 et 31 sq.) codicum scripturam defendunt, alii, traiectione verborum insolentiore offensi, aut verba transponunt (ut Blaydes., qui εἰς οἰκίαν οὐκ εἶχεν οὐδεὲν λαβεῖν scribit), aut εἰς τὴν οἰκίαν in ἐκ τῆς οἰκίας mutant (ut Velsenus), aut denique totum versum 205 delent (ut Herwerdenus in Anall. critt. 1868, p. 55). Sed mutatione nihil opus esse satis mihi videtur demonstrasse Bamberg. l. c.: nam et eiusmodi collocationis verborum exempla apud Ar. non pauca inveniri (v. Bamberg. p. 19, Bachm. p. 89, Blaydes. ad h. l.), et εἶτα, ἔπειτα, κἄπειτα, κᾆτα particulis non solum participia, sed etiam verba finita excipi posse. Quod autem Meinekeus (Vind. p. 209), Blaydesius alii in articulo, voci οἰκίαν apposito, haeserunt, recte eos idem Bambergius p. 19 refutat, quod Plutus se v. 205 non de aliqua, sed de ea domo narrare, in qua ipse habitaverit, articulo addito optime indicet. Illud vero Herwerdeni, ubi sermo sit de perfossore parietum nullo ad verbum εἰσδύεσθαι additamento opus esse, parvi refert, praesertim in tanta exemplorum paucitate: licet enim id additamentum non sit necessarium: addi *non potuisse*, quis contendat?

οἶκος: Th. 826 ἀπόλωλεν ὁ κανὼν ἐκ τῶν οἴκων.

παλαίστρα: N. 179 ἐκ τῆς παλαίστρας θυμάτιον ὑφείλετο.

ὑπερῷον: Ec. 698 φήσει τις ἄνωθ' ἐξ ὑπερῴου.

His annumero eos locos, quibus praepositio, genetivo personae adiuncta, non ad hunc pertinet, sed ad nomen *domicilii*, quod simul auditur, ut in ἐν Ἅιδου, εἰς Ἅιδου sim.

E. 467 οὐδὲν ἐξ ἁμαξουργοῦ λέγεις, ubi v. Kock.

P. 1149 κἀξ ἐμοῦ ἐνεγκάτω—τὴν κίχλην. 1154 μυρρίνας—αἴτησον ἐξ Ἀρχινάδου, quod perperam Blaydes. et Brunck. „pete ab A." interpretantur.

L. 701 τὴν ἑταίραν ἐκάλεσ' ἐκ τῶν γειτόνων, ubi tamen, quemadmodum in ἐν vel εἰς (τῶν) γειτόνων, non οἰκίας, sed latior domicilii notio cogitando suppletur. Eadem locutio est in Pl. 435. (Cf. Frohberger. ad Lys. 1, 14).

Ec. 443 τἀπόρρητ'—ἐκ Θεσμοφόροιν ἐκφέρειν.

Pl. 84 ἐκ Πατροκλέους ἔρχομαι.

Fr. 199 ἀπεδίδρασκες ἐκ διδασκάλου.

c) *Vasorum* aliorumque receptaculorum nomina, ἐκ praepositioni adiuncta, haec inveniuntur:

A. 74 ἐπίνομεν ἐξ ὑαλίνων ἐκπωμάτων—οἶνον. 86 ὅλους ἐκ κριβάνου βοῦς, quod idem est ac βοῦς κριβανίτας v. 87.

E. 1289 ἐκ ταὐτοῦ—πίεται ποτηρίου.

N. 923 ἐκ πηριδίου γνώμας τρώγων πανδελετείους „e perula depromptas".

V. 58 κάρυ' ἐκ φορμίδος δούλω διαρριπτοῦντε. 600 ἐκ τῆς λεκάνης τἀμβάδι' ἡμῶν περικωνεῖ, ubi, ut in L. 400 et 1129, ὕδατι supplere possis. 674 ἐκ κηθαρίου λαγαριζόμενον. 1427 ἐξέπεσεν ἐξ ἅρματος.

Av. 696 ᾠόν, ἐξ οὗ—ἔβλαστεν ἔρως. 1065 ἐκ κάλυκος αὐξανόμενον. 1384 ἐκ τῶν νεφελῶν—λαβεῖν — ἀναβολάς. 1385 ἐκ τῶν νεφελῶν—ἄν τις ἀναβολὰς λάβοι;

L. 297 προσπεσὸν—ἐκ τῆς χύτρας. 400 κἀκ τῶν καλπίδων ἔλουσαν ἡμᾶς. 410 ἡ βάλανος ἐκπέπτωκεν ἐκ τοῦ τρήματος.

Th. 220 λάμβανε—ἐκ τῆς ξυροδόκης.

Ec. 1004 ἐκ τῶν φρεάτων τοὺς κάδους ξυλλαμβάνειν.

d) Sequuntur nomina varii generis, res significantia.

A. 667 ἐξ ἀνθράκων—φέψαλος ἀνήλατο. 987 ἐξέχει—τὸν οἶνον ἐκ τῶν ἀμπέλων, ubi sch. V: ἔδει δὲ ἐκ τῶν πίθων εἰπεῖν, οὐκ ἐκ τῶν ἀμπέλων.

E. 1178 ἑφθὸν ἐκ ζωμοῦ κρέας.

N. 709 ἐκ τοῦ σκίμποδος — ἐξέρποντες. 730 τίς ἂν — ἐπιβάλοι ἐξ ἀρνακίδων γνώμην ἀποστερητίδα;

V. 1066 κἀκ τῶν λειψάνων δεῖ τῶνδε ῥώμην νεανικὴν σχεῖν. 1367 ὡς ἡδέως φάγοις ἂν ἐξ ὄξους δίκην.

Av. 662 ἐκβίβασον ἐκ τοῦ βουτόμου τοὐρνίθιον.

L. 105 (verba Lacaenae sunt) ὁ δ' ἐμὸς (ἀνήρ) γα καἴκα 'κ τᾶς ταγᾶς ἔλσῃ ποκά. 1129 μιᾶς ἐκ χέρνιβος βωμοὺς περιρραίνοντες. Codicum et Suidae in v. χερνίβος scriptura est μιᾶς τε. χ. Hanc voculam, cui hic nullus locus est, Bentleius in ἐκ, Botheus in γε

mutavit. Bentleiana emendatio Lysiae loco (6, 52) ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος defenditur; apud Botheum nudus genetivus displicet. Nam, quod Blaydesius ad h. l. annotat: „Quum aeque bene dicatur χέρνιβα ῥαίνειν περὶ βωμόν et χέρνιβι περιρραίνειν βωμόν, utraque constructione conflata recte dicitur etiam χέρνιβα (vel χέρνιβος) περιρραίνειν βωμόν. Cuiusmodi sunt αἰτεῖσθαί τί τινα, ποιεῖν τί τινα, et quae sunt similia",—haec viro eruditissimo non assentior, quod eiusmodi conflatio omni analogiae repugnat. Solent enim verba cum περί composita dativum et accusativum asciscere, nec ullum est, quod duplicem accusativum admittat. Cf. aspergere alqd alqa re vel alicui alqd. Ex quo efficitur, accusativum χέρνιβα, ergo etiam gen. χέρνιβος, recte explicari non posse. Bentlei emendationem G. Hermannus quoque (Opp. VIII, p. 283) probavit; quod autem hic, Bothei coniecturam impugnans, intellegi posse negat, quid sibi illud γέ velit, tantum abest, ut ei assentiar, ut γ' ἐκ scribendum censeam. Nam primum γέ et τέ saepissime in codicibus confundi inter omnes constat; deinde cum γέ particula ei addi soleat, „quod notione ad unam potissimum rem coercenda et restringenda augeatur aliqua vi et audientis animo commendetur vehementius" (Ellendt. L. Soph. in v.), hic autem pondus orationis procul dubio in μιᾶς cadat, cum maxime suo loco particula posita esse mihi videtur. Neque collocatio praepositionis, substantivo et eius attributo interpositae (v. Bachm. p. 149), offensioni potest esse: nam Lysistrata in ea oratione constanter fere elatiore genere dicendi utitur. Ceterum Blaydesius χέρνιβα etiam „gutturnium" intellegi posse dicit: quod vereor ne erraverit vir doctus: nam χέρνιψ Atticis semper aqua lustralis, non vas, in quod aqua infundebatur (hoc enim χερνιβεῖον vel περιρραντήριον dicitur), fuisse videtur.

Th. 797 κἂν ἐκ θυρίδος παρακύπτωμεν.

Pl. 39 τί δῆτα Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων;

e) Jam liceat mihi afferre haud ita multa exempla, in quibus de *operibus ingenii humani*, tragoediis, agitur.

V. 580 πρὶν ἂν—ἐκ τῆς Νιόβης εἴπῃ ῥῆσιν.

P. 1012 μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας.

Th. 135 κατ' Αἰσχύλον ἐκ τῆς Λυκουργείας ἐρέσθαι. 770 οἶδ' ἐγὼ—πόρον ἐκ τοῦ Παλαμήδους.

f) Ἐκ nominibus, *corpus* eiusque partes significantibus, adiunctum his locis invenitur:

P. 443 ἐκ τῶν ὀλεκράνων ἀκίδας ἐξαιρούμενον.

Th. 511 ἐξέσπασεν ἐκ τοῦ στόματος τὸ κηρίον.

R. 546 ἐκ τῆς γνάθου—μοὐξέκοψε τοὺς χοροὺς τοὺς προσθίους.

Fr. 410, 2 ·ἐκλέγει—ἐκ τοῦ γενείου τὰς πολιάς.

Huc fortasse pertinet

Fr. 29, 1 ὀσφὺν δ' ἐξ ἄκρων διακίγκλισον, ubi Kock.: „quid hic sit ἐξ ἄκρων, non intellego. Videtur scripsisse ἐξ ἁρμῶν".

g) Pauca exempla exstant, in quibus praepositio cum neutro genere adiectivi vel pronominis coniuncta est.

N. 33 ἐξήλικας ἐμέ γ' ἐκ τῶν ἐμῶν.

R. 1298 εἰς τὸ καλὸν ἐκ τοῦ καλοῦ ἤνεγκον αὐτά. 1383 ὄνειρον πέμπεις ἐξ ἀφανοῦς.

Ec. 671 ἕτερον (ἱμάτιον)—ἐκ τοῦ κοινοῦ—κομιεῖται.

h) Cum genetivo plurali personae coniuncta praepositio exitum indicat non ex interioribus uniuscuiusque hominis, sed ex universa multitudine factum; nec raro gentis nomen pro terra, quam incolit, ponitur. Cuius usus exempla (tria vel quattuor, si huc P. 1000 referas) apud Ar. exstant:

A. 916 ἐκ τῶν πολεμίων εἰσάγεις θρυαλλίδα.

E. 479 τἀκ Βοιωτῶν συντυρούμενα „quae e Boeotia machinamini".

P. 1003 κἀκ Βοιωτῶν—φέροντας.

2) Multo rarius ἐκ praepositione indicatur aliquid *ab exterioribus* rei partibus removeri, quae propria vis est ἀπό praepositionis, ubi nos „съ" dicere solemus. Hunc usum ita tantum Aristophanem admisisse ait Bachm. (p. 138), ut aliquid ipsi rei inhaerere cogitetur; sin minus, tragicum aliquem derideri statuendum esse.

A. 574 γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος. 1181 (quem v. Mein. in marginem reiecit) γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τῆς ἀσπίδος: in quibus exemplis et tragicum genus dicendi deridetur et Gorgonam clipeo inhaesisse putandum est: ἐν δὲ τῇ ἀσπίδι ἐτετύπωτο ἡ Γοργών (sch.).

Pl. 9 θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου, de quo versu Bakchuyzen. p. 183: „neque θεσπιῳδεῖ scripsisset Ar., neque τρίποδος ἐκ χρ. addidisset, nisi ante oculos ei obversatus esset versus tragicus".

In A. 1103 ἔνεγκε—τὼ πτερὼ τὼ 'κ τοῦ κράνους et

Fr. 157 τὴν μάλθαν ἐκ τῶν γραμματείων ἤσθιον

vides rem rei inhaerentem.

Attamen etiam his locis eundem usum deprehendisse mihi videor, in quos neutrum eorum, quae dixi, cadere potest.

N. 37 δάκνει μέ τις δήμαρχος ἐκ τῶν στρωμάτων „съ постели“.

V. 552 ἕρποντ' ἐξ εὐνῆς, quod non est „изъ постели“, sed „съ постели“: non enim de cimice aut pulice, sed de homine agitur. Cf. apud Griboedovum nostrum: „а ты, сударыня, чуть *изъ* постели прыгъ“. Idem est in

Av. 1286 ἐξ εὐνῆς—ἐπέτοντο.

L. 722 τὴν δ' ἐκ τροχιλίας αὖ κατειλυσπωμένην, ubi Bachmannus p. 53 et 154 (atque etiam iam ante eum Elmsleius et Bergkius), αὖ deleto, quam particulam hic ferri posse negat, primo τὴν δέ γ' ἀπὸ τρ. κ. scribi iussit, postea, hac coniectura damnata, aliam protulit τὴν δ' ἐκ τρ. ἅμα κ. „alteram *simul* de trochlea sese devolventem“, quod sensu carere videtur. Quid enim hic sibi vult ἅμα? Nunquam participio praedicativo, quod vocant, additur (nam Bachm. ipse recte κατειλυσπωμένην cum κατέλαβον, quod est in versu praecedenti, coniungit). Accedit, quod aliis huius loci participiis nulla particula apposita est, ut mirum sit, si huic uni adiuncta sit. Sed si quid mutandum est, malim cum Bergkio αὖ deleto aut τροχῑλίας producta antepaenultima, aut τροχηλίας legere. Nam quod Bachm. ad Passovium provocat, ut demonstret, formam τροχηλία auctoritate carere, vereor, ne circulus vitiosus, qui dicitur, ortus sit. In versibus enim hoc verbum omnino duobus locis exstare videtur, quorum alter est hic, de quo agimus, alter Archippi comici fr. 33 τροχιλίαισι ταῦτα καὶ τοπείοις | ἱστᾶσιν οὐκ ἄνευ πόνου. ubi tamen, cum versus non integer servatus sit, metrum utramvis quantitatem ι litterae admittit. Videtur igitur Passovius in improbandis aliis huius vocabuli formis hoc potissimum Aristophanis loco nixus esse. Quid, si ad codices nos convertamus? Jam videbimus tantam scripturae varietatem, ut non modo de quantitate antepaenultimae, sed ne de ipsa quidem littera eius quidquam certi statui possit: nam et τροχηλία vel τροχηλιά et τροχιλία et τροχαλία et alia scripta reperiuntur (v. L. Dind. in Thes. v. VIII, p. 2525); atque etiam hoc loco, de quo est quaestio, Rav. τροχειλίας praebet (quod nihil aliud est ac τροχιλίας; cf. Cobet. V. L. p. 88: „saepissime iuvabit in tempore meminisse, perinde esse, utrum ει an ι sit scriptum in libris et ubique nobis ipsis esse videndum, utra lectione sit opus“). Itemque in Archippi versi-

culo ι Meinekeo et Dobraeo debetur, cum Harpocrationis codices, unde hic versus excerptus est, η praebeant (quod tamen fortasse per itacismum itidem ex ι corruptum est, ut in Pherecratis fr. 20 apud eundem Harpocrationem pro νῖψον libri exhibent νῆψον). Ceterum, loco Aristophaneo, de quo agitur, Bachmannus ipse ἐκ praepositionem idem valere atque ἀπό sensisse videtur: aliter priorem illam coniecturam non protulisset.

3) Similiter verbis *ligandi*, *pendendi*, *incipiendi* adiuncta praepositio rem indicat, ad quam aliquid alligatum est („къ"), a qua pendet („на") vel incipit („съ"). Apud verba pendendi casu, opinor, factum est, ut ἐκ non externae alicui rei, sed corporis parti, ex qua quis suspensus est, addatur (ubi nos „за" dicimus).

κρεμαννύναι: A. 944 εἴπερ ἐκ ποδῶν—κρέμαιτο.

E. 1363 ἐκ τοῦ λάρυγγος ἐκκρεμάσας Ὑπέρβολον.

Pl. 312 τὸν Λαρτίου μιμούμενοι 'κ τῶν ὄρχεων κρεμῶμεν, ubi praepositio a Cobeto interposita est, quam coniecturam Blaydesius non debebat improbare: nudus enim genetivus, huic verbo additus, paene inauditus est: nam praeter hunc locum duos tantum huiusmodi alios in lexicis repperi—alterum ex Hippocrate in Stephani Thesauro: κρεμάσαι χρὴ τὸν ἄνθρωπον τῶν ποδῶν πρὸς μεσόδμην, alterum ex Aristotele in Bonitzii Indice: κρεμάσαι (τὰς ὗς) τῶν ὀπισθίων σκελῶν.

δεῖν: A. 1136 τὰ στρώματα—δῆσον ἐκ τῆς ἀσπίδος. 1137 τὸ δεῖπνον—δῆσον ἐκ τῆς κιστίδος.

Huc pertinet etiam

V. 225 ἔχουσι—κέντρον ἐκ τῆς ὀσφύος „extremis in lumbis".

ἄρχεσθαι: N. 1351 ἐξ ὅτου τὸ πρῶτον ἤρξαθ' ἡ μάχη γενέσθαι.

Eodem referri potest

Pl. 650 τὰ πράγματα ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ, de quo iam supra dictum est (v. εἰς).

4) Cui usui proximus est usus particulae in nonnullis locutionibus, ut ἐκ δεξιᾶς, cum aliquid alicubi fieri dicitur, ubi ἐκ pro ἐν positum esse videtur. Similiter nos „справа" aliaque id genus dicimus, pro „на правой сторонѣ".

E. 639 ἐκ δεξιᾶς ἐπέπαρδε.

N. 539 σκυτίον—ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου παχύ.

Ec. 488 περισκοπουμένη τἀνθένδε καὶ τἀκεῖσε καὶ τἀκ δεξιᾶς.

Fr. 665 νεῖν ἐξ ὑπτίας „supinum natare".

Eodem referendum est adverbium ἐξόπισθεν, quod aliquot locis apud Ar. legitur, ut A. 260. 868. E. 22. R. 286. Ec. 482, ubi hoc a Velseno e Blaydesii coniectura pro ἐκ τοὔπισθεν codicum in exemplum receptum est. Qua coniectura opus non esse videtur (v. Blaydes.).

5) Commemorandi sunt pauci loci, quibus ἐκ pro ἐν per *attractionem* dictum est. Nam Graeci interdum pro ὁ ἔν τινι dicunt ὁ ἔκ τινος, si id, quod in aliqua re fuit, ex ea abire dicitur: ut pro τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ χρήματα ἐκ τῆς οἰκίας ἀπολέσαι brevius dicitur τὰ ἐκ τῆς οἰκίας χρ. ἀπ. (v. Krueg. I, 50, 8, 10).

E. 1201 (ὑφήρπασάς) τοὺς ἐκ Πύλου.

Ec. 612 τῶν ἐκ κοινοῦ—μεθέξει. Temperare mihi non possum, quin Bachmannum etiam hic perstringam, qui locum sanissimum sine causa coniectura implicavit (p. 27 sq., 153). Sic enim scribendum censet:

Βλ. ἢν μείρακ' ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ καὶ βούληται σκαλαθῦραι
ἕξει τούτων ἀφελὼν δοῦναι.
Πρ. μάλλ' ἔσται προῖκα μάλ' αὐτῷ
ξυγκαταδαρθεῖν, τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ (vel τε) μεθέξει (vel μετέσχε p. 153) ξυγκαταδαρδών.
καὶ ταύτας γὰρ κοινὰς ποιῶ τοῖς ἀνδράσι συγκατακεῖσθαι.

Pudeat Bachmannum versum composuisse legitima caesura carentem! Nam in R. 1074 νὴ τὸν Ἀπόλλω, καὶ προσπαρδεῖν γ' εἰς τὸ στόμα τῷ θαλάμακι, quem affert, procul dubio caesura post γ' cadit (cf. Ec. 627, ubi alterum colon itidem post elisionem orditur: ἀπὸ τοῦ δείπνου καὶ τηρήσουσ' ἐπὶ τοῖσιν δημοσίοισιν). Nec explanationem eius ullo modo probare possum. „Dicit igitur Praxagora", inquit, „iam licere unicuique gratis concumbere cum puellis, quo ipso concubitu particeps fiat rerum communium, quippe quia etiam mulieres sint inter res omnibus communes". Quis, quaeso, Atheniensium verbis τῶν ἐκ κοινοῦ mulieres designari intellexisset, praesertim cum haec opponantur verbo τούτων in v. 612 (quod recte Blaydesius interpretatur τῶν ὄντων αὐτῷ καὶ μὴ κατατεθέντων) atque toto loco de pecunia agatur? Sed nulla opus esse coniectura, ne Meinekei quidem, qui post ξυγκαταδαρθών signum interrogationis ponit, statim videbimus. Quaerenti Praxagorae (vel viro A., ut vult Velsenus), quidnam emolumenti futurum sit, si quis bona sua non in commune deposuerit, Blep., exemplum emolumenti

afferens, respondet: „Si quis puellam conspicatus cupiat, habebit, quod ei det, desumens ex iis, quae sibi reservarit nec in commune contulerit; communis autem pecuniae particeps erit (vel communi pecunia utetur) post concubitum (i. e. ad ceteros vitae usus)". Haec est sententia loci, quam neque Mein., neque Bachm. intellexit. (Mecum facere video etiam Weckleinium in censura libri Bachmanni Phil. Anz. v. X, p. 167). Ceterum Bachmanni coniectura etiam aliam ob causam repudianda est. Nam verba τῶν ἐκ κοινοῦ μεθέξει ξυγκαταδαρθών „communium particeps erit cum ea concumbens (i. e. eo quod concumbit)", quem sensum sententiarum nexu flagitari dicit, significare non posse ipse vidit (p. 153) ideoque „lenissima mutatione" scribendum censuit μετέσχε ξυγκαταδαρθών coll. Krueg. I, 53, 5, 1; 53, 6, 8; 53, 10, 1 (?). Nec tamen intellexit vir optimus, neque aoristo indicativi hic quidquam loci esse; nec enim facile futurum significare potest, nisi in certis quibusdam dictionibus, ut ἀπωλόμην (v. Kuehner. II, p. 142. Goodwin. Syntax of the moods and tenses § 19, ann. 6), neque participium aor. eo sensu, quo vellet, dici posse, quia partic. aor., cum actionem eiusdem cum verbo, ex quo pendet, temporis indicat, paucis exceptis, ut φθάνω, λανθάνω similibusque, ceteris fere non additur, nisi si in aoristo, vere praeteritum tempus significante, aut in praesenti historico posita sunt (Madvig. Synt. § 183, ann. 2).

Pl. 857 τὰ χρήματα ἀπολωλεκὼς ἅπαντα τὰκ τῆς οἰκίας.

6) Porro, ἐκ describit rei *statum* et *conditionem*, e qua quis secedit vel liberatur.

E. 759 κἀκ τῶν ἀμηχάνων πόρους εὐμηχάνους πορίζειν.

R. 185 τίς εἰς ἀναπαύλας ἐκ κακῶν καὶ πραγμάτων; quod bene Rossice vertas „изъ страны бѣдъ и хлопотъ". 1531 ἐκ μεγάλων ἀχέων παυσαίμεθ' ἂν—ἀργαλέων τ' ἐν ὅπλοις ξυνόδων, quae verba in cantico sunt, Aeschyleis versibus scripto. Scriptores nudo genetivo παύειν iungere videntur.

7) Nec multum ab hoc usu abest, sed ita, ut ad temporalem („post") prope accedat, is usus, cum ἐκ praepositio *transitum ex una conditione in aliam vel mutationem rei* designat, ut interdum pro ἀντί posita videatur („изъ, вмѣсто").

E. 1321 τὸν Δῆμον—καλὸν ἐξ αἰσχροῦ πεποίηκα.

P. 697 ἐκ τοῦ Σοφοκλέους γίγνεται Σιμωνίδης.

Av. 184 ἐκ τοῦ πόλου τούτου κεκλήσεται πόλις, quod Mein. Vind. p. 84 recte ἐκ τοῦ πόλον τοῦτο εἶναι interpretatur, nisi quod pro εἶναι potius dixerim καλεῖσθαι. 627 ὦ φίλτατ' ἐμοὶ—ἐξ ἐχθίστου μεταπίπτων. 799 ἐξ οὐδενὸς μεγάλα πράττει, ubi Blaydesius annotat: „i. e. ex eo, qui οὐδεὶς erat. Anglice, from being nobody. Ab nominativo οὐδεὶς, opinor, potius quam ab οὐδέν". Recte: nam μεγάλα πράττει idem fere est, ac μέγας γέγονε vel ἐστί.

R. 304 ἐκ κυμάτων—γαλῆν ὁρῶ, notissimus versus Euripidis (Orest. 279), nisi quod apud hunc γαλῆν' legitur. 1011 ἐκ χρηστῶν καὶ γενναίων μοχθηροὺς τούσδ' ἀπέδειξας.

Fr. 548 ἀλαβαστροθήκας τρεῖς ἔχουσαν ἐκ μιᾶς.

II. De *tempore* dicta praepositio duplici ratione usurpatur: aut id significat, ex quo quid exordium cepit („съ") (1), aut actionem alia nullo intervallo excipi designat („съ, за, послѣ") (2).

1. a) si terminus, usque ad quem actio duravit, indicatur:

Th. 950 ἐκ τῶν ὡρῶν εἰς τὰς ὥρας ξυνεπευχόμενος τοιαῦτα μέλειν θάμ' ἑαυτῷ.

b) si id solum tempus, a quo actio exordium cepit, indicatur. Cuius usus longe plurima exempla in certis quibusdam locutionibus reperimus, ut

ἐξ ὅτου „ex quo": A. 17 ἐξ ὅτου—ῥύπτομαι.

N. 528 ἐξ ὅτου—ἄριστ' ἠκουσάτην.

Av. 322 ἐξ ὅτου 'τράφην.

ἐξ ὅτου περ: A. 596 et 597 ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος (i. e. ἐστί).

Pl. 85 ἐξ ὅτου περ ἐγένετο.

ἐξ οὗ: A. 628 ἐξ οὗ—χοροῖσιν ἐφέστηκεν.

E. 4 ἐξ οὗ—εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν. 644 ἐξ οὗ—ὁ πόλεμος κατερράγη.

V. 887 εὔνοι—ἐσμεν, ἐξ οὗ τὸν δῆμον ᾐσθήμεσθά σου φιλοῦντος.

L. 108 ἐξ οὗ—ἡμᾶς προὔδοσαν Μιλήσιοι. 759 ἐξ οὗ τὸν ὄφιν εἶδον.

ἐξ οὗπερ: Av. 1515 ἐξ οὗπερ—ᾠκίσατε τὸν ἀέρα.

L. 866 ἐξ οὗπερ αὕτη 'ξῆλθεν ἐκ τῆς οἰκίας.

ἐκ τούτου: N. 533 ἐκ τ. μοι πιστά—ἔσθ' ὅρκια.

ἐξ ἀρχῆς „a principio" (α), vel „denuo" (β), cui saepe additur πάλιν (γ), vel αὖθις (δ).

α) P. 780 (cant.) σοὶ—τάδ' ἐξ ἀρχῆς μέλει, quod Brunckius et Botheus perperam interpretantur „tibi haec *in primis* curae sunt".

R. 592 (cant.) ἥνπερ (= τὴν στολὴν) εἶχες ἐξ ἀρχῆς.

β) Pl. 1113 ἦρξατ' ἐξ ἀρχῆς βλέπειν.

γ) P. 997 (cant.) μῖξον—ἡμᾶς—πάλιν ἐξ ἀρχῆς φιλίας χυλῷ. 1327 (cant.) τἀγαθὰ—συλλέξασθαι πάλιν ἐξ ἀρχῆς.

Pl. 221 ἥν γε πλουτήσωσιν ἐξ ἀρχῆς πάλιν. 866 εἰ πάλιν ἀναβλέψειεν ἐξ ἀρχῆς.

δ) R. 1137 αὖθις ἐξ ἀρχῆς λέγε.

Ceterae dictiones hae sunt:

E. 412 οὓς (=τοὺς κονδύλους)—ἠνεσχόμην ἐκ παιδίου.

Th. 2 ἀπολεῖ μ' ἀλοῶν—ἐξ ἑωθινοῦ.

Ec. 85 ἡκκλησία—ἐξ ἕω γενήσεται, quod non est „ab aurora inchoabitur", ut vertit Brunck., sed ἐξ ἕω idem valet atque ἕωθεν „mane" (cf. A. 20 ἐκκλησίας ἑωθινῆς), ut temporis, auroram sequentis, nulla ratio habeatur. V. ἀπό II.

Neque alienum est hic dicere de loco, valde ab hh. dd. agitato. Av. 334 ἐξότ' ἐγένετο, ubi ἐξ coniunctioni temporali adiunctum est. Hunc locum totum turpissime depravatum dicit Meinekeus (Vind. p. 87), cum monet, contra omnem omnium antiquorum poetarum consuetudinem dictum esse ἐξότ' ἐγένετο pro ἐξ ὅτου ἐγένετο. Et recte ille quidem: nec enim ἐξότε nisi apud seriores scriptores Graecos legitur. Attamen Rutherfordius Anglus, is qui Phrynichum nuper edidit, hanc vocem Aristophani vindicare videtur, cum eam in cantico inveniri animum attendit aliasque dictiones, ex adverbio et praepositione compositas, affert (p. 117 sq.).

2. A. 277 ἐκ κραιπάλης ἕωθεν—ῥοφήσει τρύβλιον. Eadem locutio recurrit in V. 1255.—1165 οἴκαδ' ἐξ ἱππασίας βαδίζων.

E. 704 ὄψομαί σ' ἐγὼ ἐκ τῆς προεδρίας ἔσχατον θεώμενον.

V. 866 ἐκ τοῦ πολέμου καὶ τοῦ νείκους ξυνεβήτην, qui locus etiam ad I, 7 referri potest. 1255 ἀποτίνειν ἀργύριον ἐκ κραιπάλης.

Th. 747 χὤσον ἐκ Διονυσίων „quantum est mensium a (novissimis) Dionysiis", si recte interpretes explicant.

III. *Tralatae* significationes.

1) Saepissime hac praepositione *origo* hominis vel rei, alicunde ducta, indicatur.

a) Ac primum quidem de *parentibus* vel *maiorum stirpe* hoc sensu dicitur.

A. 50 Φαιναρέτην,—ἐξ ἧς Λυκῖνος ἐγένετο. 741 ἦμεν ἐξ ἀγαθᾶς ὑός. 790 ὁμοματρία—ἐστὶ κἠκ τωὐτῶ πατρός (hominis Megarensis verba).

E. 445 ἐκ τῶν ἀλιτηρίων σέ φημι γεγονέναι τῶν τῆς θεοῦ.

N. 800 κᾆστ' ἐκ γυναικῶν εὐπτέρων τῶν Κοισύρας. Bachmannus (Philolog. V Suppl. p. 235), plurali numero offensus, ἐκ γυναικὸς εὐπτέρου του Κοισύρας proponit, coll. V. 181. Av. 512. R. 912. (Aesch. Ag. 55), fr. 25; unde patet, eum illud του ad Κοισύρας rettulisse, quod ei non assentior. Mitto enim, quod apud comicos pronomen indefinitum nomini proprio nisi postpositum non invenitur (v. locos allatos et quos Jacobius in indice v. V[2] p. 1041 collegit); sed ea coniectura accepta, prorsus intellegi non potest, quid causae fuerit, cur singularis numerus in pluralem, qui nunc in libris legitur, mutaretur. Itaque, si quid mutandum est, coniecerim ἐκ γυναικὸς εὐπτέρου τῷν Κοισύρας (Kr., I, 47, 9) „quae orta est ex aliqua de Coesyrae posteritate", ut E. 786. V. 1267. Fieri potest, ut aliquis, non intellegens singularem numerum plurali appositum, illum ad hunc accomodaverit.

Av. 282 οὗτός—ἐστι Φιλοκλέους ἐξ ἔποπος „hic est filius Philoclis, ex Epope prognati". Cf. Kock. et Blaydes. 283 κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας. 1652 ὢν—ἐκ ξένης γυναικός.

R. 731 κἀκ πονηρῶν, ubi οὖσι simul auditur.

b) Deinde de *loco* dicitur, unde quis oriundus est, vel ubi habitat vel quocunque alio modo cum eo coniunctus est:

α) nominibus appellativis adiuncta:

E. 181 κἀξ ἀγορᾶς εἶ.

N. 47 Μεγακλέους—ἀδελφιδῆν—ἐξ ἄστεως.

V. 266 οὐκ τῆς οἰκίας τῆσδε συνδικάστης. 526 τὸν ἐκ θἠμετέρου γυμνασίου.

P. 1185 τοὺς—ἐξ ἄστεως.

Av. 818 ἐκ τῶν νεφελῶν καὶ τῶν μετεώρων χωρίων (ὄνομα).

Ec. 432 οἱ—ἐκ τῶν ἀγρῶν. 684 τοὺς ἐκ τοῦ βῆτα. 686 τοὺς—ἐκ τοῦ κάππα.

β) nominibus propriis adiuncta:

A. 724 ἱμάντας ἐκ Λεπρῶν, qui locus multiplici ratione explicatur et ab antiquis et a recentioribus interpretibus; omnium optime mihi videtur Muellerus Aristophanis verba intellexisse: „Alludit, inquit, poeta ad verbum λέπειν, quod valet ἐκδέρειν μαστιγοῦντα... Praeterea, cum lora humana specie induat poeta, patriam eorum nominans, alludit ad urbem Λέπρεον, in Elide sitam".

E. 668 ὁ κῆρυξ οὐκ Λακεδαίμονος. 846 τῶν ἀσπίδων τῶν ἐκ Πύλου. 1167 τῶν ὅλων τῶν ἐκ Πύλου.

P. 1047 ὁ χρησμολόγος οὑξ Ὠρεοῦ.

Av. 813 τοὐκ Λακεδαίμονος—ὄνομα.

L. 59 οὐδὲ Παράλων οὐδεμία γυνὴ πάρα, οὐδ' ἐκ Σαλαμῖνος.

R. 501 οὐκ Μελίτης μαστιγίας.

Fr. 499 γενναία· Βοιωτὶς δ' ἦν ἐξ Ἀγχομενοῦ, quod Kock. e Lehrsii coniectura scripsit, cum in libris nullo sensu legatur: γενναῖα βοιώτιος ἐν Ἀγχομενοῦ. Alii alia proposuerunt. Ἀγχομενός nomen esse proprium hominis, non oppidi, monet Kock., ut ἐξ Ἀ. valeat „ex Anchomeni domo".

γ) incolarum nomini pro terra, quam incolunt, adiuncta.

P. 1000 τὴν ἀγορὰν ἡμῖν ἀγαθῶν ἐμπλησθῆναι, 'κ Μεγάρων σκορόδων, quod ab Hamakero e scholiastae interpretatione (ὅτι τὰ σκόροδα ἐκ τῆς Μεγαρίδος...) pro ἐμπλ. μεγάλων codicum recte restitutum est. Cf. Pl. 312, ubi item 'κ excidit.

L. 40 ἢν—ξυνέλθωσ' αἱ γυναῖκες—αἵ τ' ἐκ Βοιωτῶν αἵ τε Πελοποννησίων. 75 τάς τ' ἐκ Βοιωτῶν τάς τε Πελοποννησίων γυναῖκας ἐλθεῖν. 702 παῖδα χρηστὴν κἀγαπητὴν ἐκ Βοιωτῶν ἔγχελυν.

Th. 620 τὸν ἐκ Κοθωκιδῶν.

Pl. 435 ἡ καπηλὶς ἡκ τῶν γειτόνων.

δ) nominibus mercium pro fororum, ubi veneunt, adiuncta:

N. 1065 Ὑπέρβολος—οὐκ τῶν λύχνων.

Av. 13 οὐκ τῶν ὀρνέων.

ε) nominibus festorum adiuncta:

A. 146 ἀλλᾶντας ἐξ Ἀπατουρίων. 1050 ἔπεμψε—κρέα ἐκ τῶν γάμων.

Th. 558 τὰ κρέ' ἐξ Ἀπατουρίων, ubi Bachm. p. 38 recte in articulo offendisse videtur: „Dicendum erat potius", inquit, „aut τὰ ἐξ Ἀ. κρέα aut τὰ κρέα τὰ ἐξ Ἀ.". (Idem proposuit post Bachmannum Herwerdenus in Hermae v. 24, p. 626). Itaque, cum hic articulo nihil opus sit simulque eo deleto singularis tripartiti anapaesti forma τὰ κρέ' ἐξ removeatur (v. Bernhardii p. 285), τά ex praecedenti τ' αὖ per dittographiam ortum esse puto (quod fugisse videtur Bachmannum, qui hic, ut aliis locis, articulum a librariis scientibus insertum esse censet). Exempla locutionis praepositionalis cum substantivo coniunctae, omisso articulo, haec etiam habes: A. 86 ὅλους ἐκ κριβάνου βοῦς. 1050 κρέα ἐκ τῶν γάμων. E. 1178 ἑφθὸν ἐκ ζωμοῦ κρέας. N. 455 ἔκ μου χορδήν. 923 ἐκ πηριδίου γνώμας. V. 1367 ἐξ ὄξους δίκην. P. 1000 ἐκ Μεγάρων σκορόδων. Pl. 535 φῳδων ἐκ βαλανείου.

ζ) Huc refero etiam tres locos, ubi de tragoediis agitur.

A. 412 ἀτὰρ τί τὰ ῥάκι' ἐκ τραγῳδίας ἔχεις; Haec Bachm. p. 6 in dubium vocat, quod iis sententiarum nexus prorsus pervertatur. „Cum enim, inquit, Dicaeopolis modo inde quod Eur. ἀναβάδην τραγῳδίαν ποιεῖ ἐξὸν καταβάδην intellexerit, mirum non esse, quod claudos introducat in tragoediis..., iam non consentaneum est, eum addere „quid vero pannos istos e tragoedia induisti?", sed potius ex eadem qua in priore enuntiato usus erat ratiocinatione inde, quod Eur. pannis indutus tragoediam componat, intellegere eum necesse est, mirum non esse, quod ille mendicos introducat in tragoediis. Cum enim adhuc miratus sit, unde fiat, ut Eur. in tragoediis heroas claudos exhibeat et mendicos..., iam causam perspicit latere in eo, quod Eur. in superiore parte aedium, in alto sedens (schol. ἐπὶ ὑψηλοῦ τόπου) pannisque indutus tragoedias suas componat..., ut necessarius quidam nexus causalis intercedere cogitetur inter fabularum indolem et poetae habitum atque cultum... Itaque verba ἐκ τρ. ferri nullo modo posse patet, quippe quibus ratio, quae inter causam et effectum intercedit, prorsus pervertatur" etc. Haec ille et recte quidem, si Ar. philosophum serio loquentem fecisset. At Dicaeopolis rusticus est et artis logicae ignarus: itaque primo, ad Eur. ingressus, postquam eum in superiore parte aedium, in alto sedentem vidit, nihil id miratus, statim ex eo colligit hoc esse causae, cur Eur. heroas suos claudos faciat. Tum demum animadvertit, Eur. pannis indutum esse: mirabundus, quid causae sit, quaerit; neque tamen exspectans, dum sibi respondeatur, iam concludit, hanc esse causam, cur in Eur. fabulis mendici inducantur. Quod autem ἐκ τρ. addit, offensioni esse non potest: recordatus est enim, saepe se eiusmodi pannos in tragoediis vidisse.—Graviora sunt, quae Bachm. in Addendis p. 152, Bernhardium (p. 284) secutus, de incisione anapaesti in h. v. protulit. „Verba tradita, inquit, ea quoque de causa suspicionem movent, quod cum voces trisyllabae, quae tribrachum aequant, ultima elisa frequenter collocentur in thesi anapaestica 1. 2. 4 pedis..., tamen in 5 pede huius elisionis nullum exstat apud Ar. exemplum, in 3 pede duo tantum: Ach. 412 et P. 185: τί σοί ποτ' ἔστ' ὄνομ'; οὐκ ἐρεῖς;—μιαρώτατος (cum interpunctione in syllaba elisa), ubi Bernhardi..., cum Ach. 412 intactum reliquerit, recte probavit emend. Bentl. τί ποτ' ἐστὶ τοὔνομ';"—Sed inest in versu aliud vitium, quod

miror Bachmanni sagacitatem fugisse. Verba ἐκ τραγῳδίας enim manifesto non coniungenda sunt cum praedicato enuntiati ἔχεις, sed cum obiecto τὰ ῥάκια, ut origo pannorum indicetur: „panni tragici": at hoc dicendum erat potius aut τὰ ἐκ τρ. ῥάκια, aut τὰ ῥ. τὰ ἐκ τρ. Quae cum ita sint, vix dubitari potest, quin locus corruptus sit, quamquam, quid poeta scripserit, nescio.

R. 1124 τὸν ἐξ Ὀρεστείας (πρόλογον).

Pl. 423 Ἐρινύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας.

c) Iam transeamus ad eum praepositionis usum, cum *materiam* designat, ex qua aliquid factum est.

E. 372 περικόμματ' ἐκ σοῦ σκευάσω. 1167 μαζίσκην,—ἐκ τῶν ὅλων τῶν ἐκ Πύλου μεμαγμένην. 1310 ἐκ πεύκης — καὶ ξύλων ἐπηγνύμην.

N. 455 ἔκ μου χορδὴν τοῖς φροντισταῖς παραθέντων. 881 κἀκ τῶν σιδίων βατράχους ἐποίει.

P. 4 μᾶζαν—ἐξ ὀνίδων πεπλασμένην.

L. 586 ἐκ ταύτης (=τῆς τολύπης) τῷ δήμῳ χλαῖναν ὑφῆναι.

R. 1282 σύστασιν ἐκ τῶν κιθαρῳδικῶν νόμων εἰργασμένην.

Ec. 1057 ἐξ αἵματος φλύκταιναν.

Fr. 54 ἐκ—τῆς ἐμῆς χλανίδος τρεῖς ἀπληγίδας ποιῶν.

d) Originis notio inesse videtur etiam in

N. 86 εἴπερ ἐκ τῆς καρδίας μ' ὄντως φιλεῖς „ex animo amas".

e) Porro, ἐκ cum nomine suo *multitudinem* indicat, ex qua est aliquis, ut ea locutio genetivi partitivi vicem sustineat.

E. 185—186 μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν;—μὰ τοὺς θεούς, εἰ μὴ 'κ πονηρῶν γε. 337 λέγ' ὅτι κἀκ πονηρῶν (εἶ). 562 Φορμίωνί τε φίλτατ' ἐκ τῶν ἄλλων τε θεῶν Ἀθηναίοις.

N. 1089 συνηγοροῦσιν ἐκ τίνων; 1090, 1092, 1094 ἐξ εὐρυπρώκτων. 1091 τραγῳδοῦσ' ἐκ τίνων; 1093 δημηγοροῦσι—ἐκ τίνων;

V. 1267 Ἀμυνίας—οὐκ τῶν Κρωβύλου „ex Crobyli posteris", ut vulgo legitur. Attamen apud Suidam in v. Ἀμυνίας scriptum est Κρωβύλων; idem in cod. V exaratum repperisse aiunt Cobetum, idque tuetur Bachm. (Philologus V Suppl. p. 235). Potius crediderim, Κρωβύλου, ad τῶν accomodatum, ipsum in pluralem numerum transisse. Cf. Vahlen. p. 16.

Th. 715 τίς—ἐκ θεῶν.

2) Nec praetereundus est is usus, ex quo ἐκ *auctorem* alicuius rei designat, qui usus poetarum magis quam scriptorum proprius est.

a) In universum eum significat, a quo aliquid profectum est.

V. 9 ὕπνος μ' ἔχει τις ἐκ Σαβαζίου „a S. missus", ubi nescio an aliquid parodiae lateat.

L. 1126 τοὺς—ἐκ πατρός τε καὶ γεραιτέρων λόγους πολλοὺς ἀκούσασα, qui versus aut desumptus est ex Euripide, aut ad eius exemplum compositus (Bakhuyzen. p. 106). Cf. Aesch. Eum. 331 ὕμνος ἐξ Ἐρινύων.

Th. 787 (anap.) κἀξ ἡμῶν ἐστιν ἅπαντα.

b) Passivo additum est, ut idem fere atque ὑπό sit, in

N. 999 (anap.) τὴν ἡλικίαν, ἐξ ἧς ἐνεοττοτροφήθης, ubi ἐξ fortasse magnifico genere dicendi praesertim in anapaestis excusatur. Nam „serio et graviter magnaque cum dignitate, ut in re severa, loquitur poeta" (G. Herm.). Cf. Aesch. Ag. 735 ἐκ θεοῦ προσεθρέφθη.

c) Apud verba passivae notionis positum duobus locis invenimus.

R. 736 ἐξ ἀξίου—τοῦ ξύλου—πάσχειν, ubi ἐξ videtur e proverbio manasse, quod scholiasta his verbis conceptum affert: ἀπὸ καλοῦ ξύλου κἂν ἀπάγξασθαι, sed Eustathius p. 836, 24: ἐξ ἀξίου ξ. καὶ ἀ. 1142 ἀπώλετο—ἐκ γυναικείας χερός, quae verba Ar. facit dicentem Euripidem, cuius, quemadmodum ε in χερός, ita ἐκ esse apparet. Cf. Aesch. Sept. 805 τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων.

d) Similiter, addito ἐκ auctor designatur apud verbum exspectandi in

A. 107 προσδοκῶσι χρυσίον ἐκ τῶν βαρβάρων.

3) Interdum *causa* alicuius rei ἐκ praepositione significatur. Et hominis quidem nomen (a) raro praepositioni adiungitur, saepius nomen rei (b) vel pronomen generis neutri (c). Quibus omnibus locis ἐκ adventiciam causam indicat. Nos dicimus „изъ-за, вслѣдствіе".

a) A. 529 ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατερράγη—ἐκ τριῶν λαικαστριῶν, ubi sine causa Meinekeum ἀρχή scripsisse docet Bachm. pp. 148 (54, 155) coll. Kr. I, 50, 2, 16.

b) E. 702 τὴν προεδρίαν τὴν ἐκ Πύλου.

L. 653 τὸν ἔρανον τὸν γενόμενον παππῷον ἐκ τῶν Μηδικῶν, ubi γενόμενον pro λεγόμενον codicum a Geelio scriptum est. Perperam Brunckius ἐκ τ. Μ. interpretatur „collatam ex Medorum spoliis": nec enim talis cena ἔρανος recte appellari poterat, quippe cum ea cena sit, ad quam faciendam de suo quisque aliquid afferat. Cf. schol. R: ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν Μηδικῶν ψήφισμα ὥστε ἕκαστον κατὰ

δύναμιν συμβάλλεσθαι εἰς τὰ κοινὰ χρήματα. Ceterum non male coniecit Bentleius ἐπὶ τῶν Μ., praesertim cum eadem verba in scholio inveniantur, etsi alibi apud Ar. similis locutio non legitur.

Fr. 84 ναῦς ὅταν ἐκ πιτύλων ῥοθιάζῃ „propter remigium".

c) A. 50 ἐκ τούτου δ' ἐγὼ ἀθάνατός εἰμι.

V. 346 ἐκ τούτων ὥρα τινά σοι ζητεῖν καινὴν ἐπίνοιαν „quae cum ita sint".

Th. 87 τίν' ἐκ τούτων σὺ μηχανὴν ἔχεις; ubi libri ταύτης praebent. Quod cum non habeat, quo referatur, Berglerus τούτων proposuit, Fritzscheus ἐξ αὐτῆς, quod idem valere ac παραχρῆμα antiatticista quidam doceat; Velsenus ἐκ ταύτης retineri posse ait, si post v. 86 versum excidisse statuamus, in hunc fere modum comparatum: ἥν σοι μεγίστην ἐπιτιθῶσι ζημίαν. Quid Ar. scripserit, nescio, sed ad sensum optima videtur Bergleri emendatio „haec cum ita sint comparata". Cf. V. 346.

R. 761 ἐκ τοῦ (ἡ στάσις ἐγένετο); „qua de re". 1083 ἐκ τούτων ἡ πόλις ἡμῶν ὑπογραμματέων ἀνεμεστώθη „propter haec".

4) Semel hac praepositione usus est poeta ad indicandum, aliquid alicui rei *congruere* („сообразно").

Th. 93 τὸ πρᾶγμα κομψὸν καὶ σφόδρ' ἐκ τοῦ σοῦ τρόπου „a tuo more minime alienum".

5) Saepius ἐκ praepositio ei rei additur, quae alii est *adiumento* („посредствомъ, съ помощью").

N. 986 ταῦτ' ἐστὶν ἐκεῖνα, ἐξ ὧν ἄνδρας μαραθωνομάχους ἡμὴ παίδευσις ἔθρεψεν. 1442 τί μ' ἐκ τούτων ἐπωφελήσεις;

Ec. 591 κἀκ ταὐτοῦ ζῆν. 610 ἔσται βίος ἐκ κοινοῦ „erit victus ex communi vel ex isdem bonis".

Eodem pertinet locutio ἐκ (τοῦ) δικαίου vel ἐκ τῶν δικαίων „iusta ratione".

N. 1116 ἤν τι τόνδε τὸν χορὸν ὠφελῶσ' ἐκ τῶν δικαίων.

Av. 1435 διαζῆν — ἐκ τοῦ δικαίου.

Pl. 755 οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι, ubi sch., πόνον audiri iubenti, noli credere: neutrum enim est, ex Kr. I, 43, 4, 21 explicandum. De articuli omissione, qui in hac locutione solet adesse, vide Bambergii 1869, p. 2 et 1885, p. 8.

6) Cui usui simillimus is est, si quis, aliqua re *nixus*, aliquid facit vel de aliqua re iudicat („на основаніи").

N. 942 ἐκ τούτων ὧν ἂν λέξῃ — κατατοξεύσω.

L. 571 ἐξ ἐρίων — καὶ κλωστήρων καὶ ἀτράκτων πράγματα δεινὰ παύσειν οἴεσθε „ex lana et filis et fusis (indicantes vel sumpto exemplo)". 573 ἐκ τῶν ἐρίων τῶν ἡμετέρων ἐπολιτεύεσθ' ἂν ἅπαντα.

Th. 144 ἐκ τοῦ μέλους ζητῶ σε. 627 βασανιῶ ταύτην — ἐκ τῶν ἱερῶν. 910 ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ' (i. e. ὅμοιον εἶδον), ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων „ego vero te Menelao similem duco, quantum e lavendula agresti colligo". Locus obscurus et fortasse corruptus est. Nam verba poetae, si recte restituta sunt (in libris enim pro Μενελάῳ σ' legitur Μενέλαον, pro ἰφύων—ἀφύων), non aliam interpretationem admittunt, „quam ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων (vel τοῖς ἰφύοις) ἐστὶ τεκμαίρεσθαι, quod nihili est nisi, quod non probabile est, ἴφυα portaverit Euripides. Hoc certum videtur rideri filium τῆς λαχανοπώλιδος" (Bakhuyzen. p. 125). Cf. Fritzschei ann.

R. 960 ἐξ ὧν—ἐξηλεγχόμην.

Pl. 212 ἔχω τιν' ἀγαθὴν ἐλπίδ' ἐξ ὧν εἶπέ μοι ὁ Φοῖβος.

7) Postremo eos afferam locos, quibus *modus* vel *ratio*, qua quis usus aliquam rem perficit, praepositione significatur; nec mirum, si earum locutionum, quae huc pertinent, sunt quae adverbii paene sensum acceperint.

E. 670 ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκραγον. 848 ἐκ προνοίας ταύτας (=τὰς ἀσπίδας) ἐὰν αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν ἀνατεθῆναι „consulto".

L. 1005 πρὶν—ἅπαντες ἐξ ἑνὸς λόγω σπονδὰς ποιησώμεσθα (Laconis verba sunt). Eadem locutio est in Pl. 760.

Th. 736 κἀκ παντὸς—μηχανώμεναι πιεῖν „omni modo".

Pl. 760 ἐξ ἑνὸς λόγου ὀρχεῖσθε.

Fr. 187, 1 πάσαις γυναιξὶν ἐξ ἑνὸς—τρόπου—μοιχὸς ἐσκευασμένος.

Huc pertinet etiam locutio ἐξ ἴσου, qua rerum conditio sive status describitur, in quo id, de quo agitur, invenitur:

E. 1160 ἵνα σ' εὖ ποιῶμεν ἐξ ἴσου „eadem conditione usi" vel „eandem spem victoriae habentes".

R. 867 ἐξ ἴσου—ἐστὶν ἀγών.

IV. Restant duo loci, qui multas turbas hominibus doctis dederunt, quorum alter est

Av. 16 ὄρνις ἐγένετ' ἐκ τῶν ὀρνέων, cuius qui sensus sit, non constat; quare a Cobeto et Meinekeo pro spurio habetur: at tum intellegi non potest, cur versus ineptissimus interpositus sit. Rectius igitur corruptus est iudicandus, nisi forte iocus inest, quem non iam intellegimus.

Alter locus est

Ec. 507 ῥιπτεῖτε χλαίνας, ἐμβὰς ἐκποδὼν ἴτω. Bachmannus (p. 138), Meinekeo (Vind. p. 195) duce, ἐκ ποδῶν scribi iubet: adverbium enim ἐκποδών, cum oppositum sit adverbio ἐμποδών, constanter dici de eis, quae e propinquitate loci removeantur, plerumque ubi quis abscedere iubeatur ab altero (afferuntur loci Aristophanis et comicorum). Sed ἐκ ποδῶν ita tantum ferri posse, ut statuatur Ar. illis verbis tragicum aliquem ridere (ut Pl. 9), quod quidem admodum verisimile fiat et inde, quod idem coniciendum videatur de v. insequenti. Haec ille. Ego longe aliter sentio. Ac primum quidem, quid sit illud „e propinquitate loci", non satis intellego: nam ἐκποδών idem fere mihi valere videtur ac nostrum „прочь" atque rem ex ipso loco, ubi fuerit, removeri significat, quod luculentissime patet ex Nicophontis fr. 2 (K.) οὐκ—τὼ χεῖρ' ἀποίσεις ἐκποδὼν ἀπὸ τοῦ σκυταλίου καὶ τῆς διφθέρας; in Aristophanis igitur versiculo rectissime adverbium poni potest, ut nulla prorsus sit causa mutandi. Deinde ἐκ ποδῶν ipsum mihi displicet, dubitoque an nemo ita dixerit. Accedit, quod Ar., si tragicum his verbis ridere voluisset, potius singulari numero ἐκ ποδός usus esset: nam si in duobus etiam pedibus tragici plerumque singulariter hanc vocem dicunt, quanto magis id hic singulari ἐμβάς praecedente exspectandum erat: cf. Aesch. Pers. 660 κροκόβαπτον ποδὸς εὔμαριν ἀείρων. Ephipp. III, 332, 8 (Mein.) εὖ δ' ἐν πεδίλῳ πόδα (in libris πολλά legitur) τιθείς.

ΑΠΟ.

De forma. Aristophanes semper forma ἀπό utitur, nisi quod semel in Promethei oratione, qui ut deus magnifice loquitur (cf. Rutherfordii „The new Phrynichus" p. 43), Av. 1517, praepositione nomini postposita, per anastrophen μηρίων ἄπο dixit.

De usu. In *tmesi* positum quattuor locis ἀπό invenimus, quibus omnibus verbum ἀπόλλυμι in futuro disiunctum est, idque duobus locis γάρ particula (N. 792 et 1440 ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι), uno loco σέ pronomine (Pl. 65 ἀπό σ' ὀλῶ) itemque uno loco duabus voculis γάρ με (Av. 1506 ἀπὸ γάρ μ' ὀλεῖς), qui locus est in oratione Promethei. Cf. Hanovii p. 118.

Ceteris locis ἀπό praepositio est, genetivo iuncta. Cuius primaria atque propria vis ac potestas ea videtur esse, ut aliquid ab exterioribus partibus alicuius loci vel rei removeri significet („ab", „отъ").

I. Ac primum quidem de *locali* vi praepositionis dicemus, ubi quattuor potissimum genera discernimus: unum, cum aliquid ab aliqua re vel loco removetur, alterum, cum aliquis, a loco non discedens, inde actionem suam aliquo dirigit; tertium, cum principium spatii alicuius significatur; quartum, cum praepositio „procul a" valet.

1) Primi igitur generis exempla his locis invenimus:

a) ubi praepositio *rei* inanimae adiuncta est.

βαλβίς: E. 1159 ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τουτονί.

γαστήρ: L. 1083 ἀπὸ τῶν γαστέρων θαἰμάτι' ἀποστέλλοντες.

γῆ: P. 159 ἴει σαυτὸν—ἀπὸ γῆς.

γυμνάσιον: Av. 140 ἀπιόντ' ἀπὸ γυμνασίου.

θύρα: A. 864 οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν (i. e. ἄπιτε); E. 728 οὐκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας; de quo loco atque de Bothei Velsenique coniectura ἐκτὸς τῆς θ. bene disputavit Bachmannus p. 103 et Vahlenus p. 23.

N. 1254 οὔκουν—ἀπολιταργιεῖς ἀπὸ τῆς θύρας;

ἴκρια: Th. 395 εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἰκρίων.

καλπίς: L. 539 ἀπαίρετ' ἀπὸ τῶν καλπίδων

κεφαλή: Av. 674 ἀπολέψαντα—ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὸ λέμμα.

οἰκία: N. 1296 οὐκ ἀποδιώξει σαυτὸν ἀπὸ τῆς οἰκίας; ubi R. V alii codices perperam ἐκ exhibent: sed „haec extra aedes omnia aguntur" (G. Herm.). Quod autem ἀποδιώξει pro ἀποδιώξεις codicum Elmsleius scripsit, vide Rutherfordii „The new Phrynichus" p. 377 sq.

V. 456 παῖε τοὺς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας.

ὀσφύς: P. 1053 κἄπαγ' ἀπὸ τῆς ὀσφύος, i. e. ὀβελίσκον, ut ait schol. Blaydesius et Bachmannus (p. 96) temere hic κἄπεχ' proponunt. Cuius mutationis causam hanc Bachmannus affert: „in his verbis, inquit, ἄπαγε (τὸν ὀβ.), quod quidem unam singularem actionem significat „remove veru", me iudice adversatur sententiae loci, manifesto notionem status conditionisque perpetuae flagitanti: „cave ne lumbum attingas, abstine lumbo veru" (schol. οἷον πρόσεχε μὴ ἅψῃ αὐτῆς· ταύτῃ γὰρ μαντεύονται). Itaque scribas κἄπεχ'

ἀπὸ τ. ὁ." etc. Videsne, quanto haec in errore versentur? Nam ἄπαγε, ut praesens, non unam singularem actionem significat, sed saepius repetitam, quod ad notionem status perpetui proxime accedit: non est igitur „отведи", sed „отводи": ut idem fere sit atque ἄπεχε.

ὀφθαλμός: V. 1032 et P. 755 ἀπ' ὀφθαλμῶν—ἀκτῖνες ἔλαμπον.

σιπύη: E. 1296 ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς σιπύης.

τεῖχος: Av. 1119 ἀπὸ τοῦ τείχους πάρεστιν ἄγγελος.

Th. 495 ἀπὸ τείχους εἰσιών.

ὕσσακος: L. 1001 ἀπήλαον τὼς ἄνδρας ἀπὸ τῶν ὑσσάκων (verba Laconis sunt).

χάλαζα: R. 852 ἀπὸ τῶν χαλαζῶν—ἄναγε σεαυτόν.

Huc pertinet etiam

L. 1000 γυναῖκες, ᾇπερ ἀπὸ μιᾶς ὑσπλαγίδος ἀπήλαον τὼς ἄνδρας ἀπὸ τῶν ὑσσάκων (verba Laconis sunt). Quod scholiastae recte explicant: alii—ἀφέσεως. βαλβῖδος, alii (R)—ἀπὸ μιᾶς ἀφετηρίας, ἤγουν ἀπὸ ἑνὸς κανόνος καὶ καμπτῆρος. Quae si ita sunt, haec locutio „uno consensu" significat: „more eorum, qui, ex unis erumpentes carceribus, aequali fere cursu ad metam contendunt. Nisi malis: uno consensu, veluti boves, quae [potius: qui] uno eodemque stimulo agitantur" (Thes. v. VIII, p. 508). Haec H. Stephani explicatio vereor ne sit falsa. Certe, ὕσπληξ est non solum βαλβίς, sed etiam μύωψ ὁ πλήσσων τοὺς βόας (Hesych.): tamen si altero sensu Ar. ὑσπλαγίς intellegeret, potius eum ὑπὸ μ. ὑ. dicturum fuisse puto, ut ὑπὸ μαστίγων μάχεσθαι sim. dicuntur.

b) *Regionis* nomini his locis adiunctum ἀπό reperitur.

L. 984 ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας (verba Laconis sunt). 1072 καὶ μὴν ἀπὸ τῆς Σπάρτης οἱδὶ πρέσβεις—χωροῦσι, ubi Bachmann. (p. 43) ἤδη 'κ Σπ. flagitaverat, primum quod Ar., ubi sermone Attico utatur neque vulgarem sermonem excedat (cf. Av. 409 dim. iamb. Ec. 918 lyr.), nominibus urbium vel terrarum, unde quid venire vel ortum esse dicatur, praep. ἐκ iungere soleat; deinde quod Ar. cum alia terrarum urbiumque nomina longe plerumque, tum constanter Spartam sine articulo ponat; denique quod desideretur significatio celeris adventus legatorum, ut e v. 1009 pateat; ἤδη 'κ autem post μήν proclivi errore excidere potuisse; articulum addidisse librarium etiam in L. 999. In articulo offendisse videtur Elmsleius quoque, quem ἀπό γε Σπ. coniecisse ait Blaydesius. Sed Bachmannus iam

de ea sententia decessit (Philologus, V Suppl. p. 245) et nunc scribi iubet ἀπὸ Σπ. Attamen ne hoc quidem errore vacat. Nam pronomen demonstrativum, si subiectum est enuntiati, cuius praedicatum est substantivum, adiectivo vel alio verbo, cum articulo coniuncto, definitum (quod tamen rarissime fit: v. Kr. I, 50, 11, 22 Reisig. Coni. p. 183; cf. Cratini fr. 71 K.), dubito an nunqnam inter substantivum et vocem definientem medium ponatur. Nec Elmslei γέ approbaverim, quod, cum de adventu alicuius nuntiatur, et Aristophanes, et Sophocles καὶ μήν sine γέ ponere solent, neque hic particula opus est. Sed nihil, opinor, mutandum est: nam etsi alibi apud Ar. Σπάρτη articulo caret, pauciores sunt loci (7 enim omnino locis id invenitur), quam ut statuamus, Aristophanem ne potuisse quidem unquam articulum addere, praesertim cum nulla ratio eius rei esse videatur: nam et ipse apud aliarum urbium nomina articulum modo ponit, modo omittit, et alii scriptores, ut Thucydides, Cratinus, id ipsum nomen Spartae articulo sine ulla dubitatione ornant. Versus causa Aristophanem articulum hic addidisse putat Weckleinius in censura libri Bachmanni (Phil. Anz. v. X. p. 168). Quod vero Bachmannus L. 999 κατὰ (τὰν) Σπ. affert, ubi in aliis codicibus articulus omissus, in aliis additus est, quod librarium consulto fecisse putat Bachmannus, nescio an potius e geminata syllaba τα eum ortum esse statuendum sit.

c) Etiam *deorsum* aliquid moveri interdum significat ἀπό, quae vis κατά praepositionis quoque propria est.

N. 1273 ἀπ' ὄνου καταπεσών.

V. 1370 ὥσπερ ἀπὸ τύμβου πεσών.

Av. 840 κατάπεσ' ἀπὸ τῆς κλίμακος.

d) *Personae* adiunctum ἀπό his locis invenitur *.

E. 20 ἀπόκινον ἀπὸ τοῦ δεσπότου.

N. 216 ταύτην ἀφ' ἡμῶν ἀπαγαγεῖν. 278 ἀρθῶμεν — πατρὸς ἀπ' ὠκεανοῦ βαρυαχέος.

V. 51 ἀρθεὶς ἀφ' ἡμῶν.

* Eodem fere modo παρά personarum nominibus additur, sed non eodem intellectu. Si quis ἀπό τινος ἔρχεται, quodam modo cum eo coniunctus fuisse et nunc ab eo segregari cogitatur, παρά τινος ἰέναι simpliciter „ab aliquo ire" significat, nulla alia adiuncta notione. Haec est causa, cur ex verbis cum ἀπό compositis eadem praepositio pendere soleat. (Cf. Bachm. p. 77).

Av. 320 ἀπ' ἀνθρώπων ἀφῖχθαι. 893 ἄπελθ' ἀφ' ἡμῶν.

Pl. 66 ἀπαλλάχθητον ἀπ' ἐμοῦ. 604 ἔρρ' ἐς κόρακας—ἀφ' ἡμῶν.

e) *Actionis* alicuius nomini praepositionem additam hic invenimus:

V. 1401 ἀπὸ δείπνου βαδίζοντα, quamquam hoc loco, ut tribus aliis, qui sequuntur, etiam temporalis notionis aliquid inesse potest („post").

P. 839 ἀπὸ δείπνου—βαδίζουσι.

Th. 1169 ἀπὸ τῆς στρατιᾶς παροῦσιν „ab expeditione reducibus".

Ec. 627 ἀπιόντας ἀπὸ τοῦ δείπνου.

Eodem pertinet locus

R. 962 ἀπὸ τοῦ φρονεῖν ἀποσπάσας.

f) Ex verbis *capiendi*, *ferendi*, *rapiendi* sim. locutio praepositionalis his locis pendet (ubi interdum ἀπό aliquid ex interioribus partibus auferri significare videtur, ut E. 744. L. 328. R. 943).

A. 584 φέρε νυν ἀπὸ τοῦ κράνους μοι τὸ πτερόν (ubi δός simul audiri verisimile est). Iniuria mihi videtur Meinekeus (Vind. p. 11) et Bachmannus (p. 37) articulum τό delere: nam Dicaeopolis, pennam spectans, Lamachi galeae infixam, ab eo, ut sibi det, petit, fortasse etiam digito eam demonstrans, ut non sit „aliquam pennam", sed „hance pennam". Ceterum Meinekei coniectura μοὶ δὸς πτερόν vel eo reicienda est, quod Ar. in hac formula, si obiectum verbo praecedit, μοὶ δός, sin obiectum postponitur, δός μοι dicere solet (Bachmann. Philol. V Suppl. p. 246). — 1023 Γε. ἐπετρίβην ἀπολέσας τὼ βόε. Δι. Πόθεν; Γε. Ἀπὸ Φυλῆς ἔλαβον οἱ Βοιώτιοι. Bambergius (1885, p. 7, ann. 3) et Bachmannus (Philol. V Suppl. p. 243) breves tribrachi syllabas inter duas personas distributas non ferentes, Bachmannus etiam sermonis vitium inesse putans, ἀπὸ Φ. coniecerunt. Illud sermonis vitium, in quo Bachm. offendit, hoc est: si verba ἀπὸ Φ., inquit, ad ἔλαβον referas, vana oratio est („klingt ziemlich nichtssagend"); cum οἱ B. autem ea verba coniungi non possunt. Ego vero tantum abest, ut ullum sermonis vitium in codicum scriptura videam, ut Bambergii Bachmannique lectionem a sententia loci alienam esse existimem. Nam loci sententia haec est: postquam agricola boves se amisisse dixit, Dicaeopolis, ubi (cf Th. 826) id factum sit, quaerit. Ad quae ille: „a Phyla", inquit („при Ф." nos diceremus; v. p. 67), „eos ceperunt (vel abegerunt) B." Illud autem hominum doctorum ἀπὸ Φ. sententiae non satis respondet: non enim unde illi Boetii fuerint, ex

agricola quaeritur, sed unde boves eius abacti sint. Itaque vel ex his, quae modo dixi, satis intellegitur, metri vitium, si quod est, alia via emendandum esse. Hanc quaestionem de tribrachi incisione post secundam brevitatem facta doctissime atque copiosissime Bachmannus in Philologo l. c. pp. 248—254 tractavit. Cuius disputationis summa haec est, eiusmodi tribrachum non admitti, nisi si ea verba, quibus efficiatur, arctissime inter se cohaereant; qua de causa Pl. 838 et Ach. 1023, ubi ea verba personarum mutatione disiuncta sint, corruptos esse iudicandos. At quanto praestat in Acharnensium quidem versu productionem brevis ultimae statuere, quae sermonis intercapedine excusetur; de qua re v. Christ. § 173 ann. — Ceterum errat Blaydesius, cum de v. πόθεν haec annotat: „proprio sensu accipit alter. Sic luditur in ποῖ Pl. 1055". Videtur igitur v. d. putare, Dicaeopolidem πόθεν sensu „quomodo" dicere, agricolam autem id „unde" intellegere. Sed πόθεν, ita positum nusquam apud Ar. illo sensu reperitur, sed semper ea voce praecedens quaestio negatur (=minime): v. schol. ad Ar. R. 1455 πόθεν· ἀρνητικῶς ἴσον τῷ οὐδαμῶς. Cf. Kock. ann. ad h. l.

E. 744 ἀπ' ἐργαστηρίου τὴν χύτραν ὑφειλόμην.

V. 657 τὸν φόρον — ἀπὸ τῶν πόλεων — τὸν προσιόντα. 661 ἀπὸ τούτου νυν κατάθες μισθόν. 884 ἀπὸ τῆς ὀργῆς τὴν ἀκαλήφην ἀφελέσθαι.

P. 1221 ἀπόφερ'—ἀπὸ τῆς οἰκίας.

L. 328 ἐμπλησαμένη τὴν ὑδρίαν—ἀπὸ κρήνης.

Th. 261 λάμβαν' ἀπὸ τῆς κλινίδος. 691 τό παιδίον ἐξαρπάσας μου—ἀπὸ τοῦ τιτθίου. 827 ἀπὸ τῶν ὤμων — ἔρριπται τὸ σκιάδειον.

R. 943 ἀπὸ βιβλίων ἀπηθῶν. 1301 ἀπὸ πάντων — φέρει πορνῶν μελῶν κτλ., quod Velseno debetur, cum libri πορνιδίων praebeant, quod metro repugnat. Alii alia tentarunt. 1354 δάκρυα — ἀπ' ὀμμάτων ἔβαλον.

Ec. 656 πόθεν ἐκτίσει ταύτην (=τὴν δίκην); ἀπὸ γὰρ τῶν κοινῶν γ' ουχὶ δίκαιον, ubi praepositio a Velseno e v. 665 addita est, cum libri οὐ γὰρ τῶν κ. γ' ἐστὶ δίκαιον exhibeant. 665 τὴν αἰκίας οἱ τύπτοντες πόθεν ἐκτίσουσιν;—ἀπὸ τῆς μάζης.

Pl. 678 τοὺς φθοῖς ἀφαρπάζοντα — ἀπὸ τῆς τραπέζης τῆς ἱερᾶς.

Fr. 149, 2 ἕν' ἀφ' ἑκάστης τῆς τέχνης εἱλόμεθα.

Fortasse huc referendum est

Fr. 307 κἀπὸ τῆς Διειτρέφους τραπέζης.

2) Alterum praepositionis usum, ex quo quis, in re manens, inde actionem suam dirigit, his locis reperimus:

A. 262 θεῶ μ' ἀπὸ τοῦ τέγους.

E. 313 κἀπὸ τῶν πετρῶν ἄνωθεν τοὺς φόρους θυννοσκοπεῖς.

N. 173 αὐτοῦ — ἀπὸ τῆς ὀροφῆς — γαλεώτης κατέχεσεν. 226 ἀπὸ ταρροῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς;

P. 822 ἀπὸ τοὐρανοῦ 'φαίνεσθε κακοήθεις.

L. 679 ἃς Μίκων ἔγραψ' ἀφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσιν, ubi ἀφ' Cobetus (V. L. p. 250) pro ἐφ' codicum scripsit. Sed recte Blaydesius vulgatam lectionem tuetur, cum hic non de pugnando ἀφ' ἵππων, sed de insidendo ἐφ' ἵππων (ἐποχεῖσθαι) agi dicit. Refert igitur ἐφ' ἵππων ad ἔγραψε hoc sensu: „quas M. equis insidentes, cum viris pugnantes pinxit". Similiter in v. 561 huius fabulae: ἄνδρα κομήτην φυλαρχοῦντ' εἶδον ἐφ' ἵππου εἰς τὸν χαλκοῦν ἐμβαλλόμενον πῖλον λέκιθον, verbum insidendi ad ἐφ' ἵππων simul auditur*.

3) Tertius usus praepositionis est, cum *initium spatii* alicuius indicatur, ut in

V. 700 πόλεων ἄρχων πλείστων ἀπὸ τοῦ Πόντου μέχρι Σαρδοῦς.

4) A quo usu non multum is abest, ubi locutio praepositionalis ex verbo *incipiendi* pendet.

V. 846 ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος.

5) Etiam verbo *pendendi* additum ἀπό semel apud Ar. deprehendimus in Meinekei exemplari:

V. 809 ἀμὶς—κρεμήσετ' ἐγγὺς ἀπὸ τοῦ παττάλου, ubi ἀπό pro ἐπί codicum Halbertsma coniecit. Sed magis ex Aristophanis consuetudine est nec longius a librorum lectione abest Bergkii coniectura, ἐκ scribi iubentis: cf. A. 944. E. 1363. Pl. 312, etsi hi loci ab eo, de quo agitur, paulum differunt (v. p. 76).

6) Nec praetereundus est is usus praepositionis, ex quo *„procul a"* significat:

---

* Retineri non possum, quin afferam Fritschii (p. 50) ridiculam interpretationem locutionis Graecae ἀφ' ἵππων μάχεσθαι et Latinae „ex equo pugnare": „offenbar entspricht ex dem räumlichen Verhältnisse in dieser Verbindung genauer, als ἀπό, da bei dem Sitzen auf dem Pferde ein Ineinander statt findet, nur freilich so, dass nicht das Pferd, sondern der Reiter das Umgebende ist". Quo igitur iure equo ac non equiti praepositio adiungitur?

P. 601 ποῦ — ἦν ἀφ' ἡμῶν.

Eadem vis eius est, cum locutio praepositionalis ex verbo ἀπέχειν suspensa est:

P. 162 — 163 ἀπὸ μὲν κάκκης τὴν ῥῖν' ἀπέχων, ἀπὸ δ' ἡμερινῶν σίτων πάντων.

L. 719 αὐτὰς ἀποσχεῖν—ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν.

II. Ad *tempus* tralatum, ἀπό triplici sensu usurpatur, ut aut „ab" (1), aut „post" (2), aut „de" (3) valeat. Ac primum quidem tum usurpatur, cum de tempore agitur, quod initium alicuius actionis cogitatur (=„начиная съ"), sive id tempus ei actioni annumeratur, sive non annumeratur. Deinde eam rem significat, quam aliquid sequitur, sed quae non sit initium actionis („послѣ"). Tertium denique eius usum tum deprehendimus, cum praepositio incipi quidem aliquid eo temporis momento indicat, verum etiam continuari per illud temporis spatium, ut ἀφ' ἑσπέρας idem fere sit atque ἑσπέρας. Similiter Latini „de die, de nocte" pro „die, nocte" dicunt.

1) ἀ φ' ο ὗ „a quo tempore": Pl. 968. 1113. [1173] ἀφ' οὗ ἤρξατο βλέπειν.

Fr. 31 ἀφ' οὗ κωμῳδικὸν μορμολυκεῖον ἔγνων.

ἀ π' ἀ ρ χ ῆ ς „ab initio" (quae locutio nisi in canticis et anapaestis apud Ar. non legitur): E. 322 ἀπ' ἀρχῆς ἐδήλους ἀναίδειαν.

R. 1030 σκέψαι—ἀπ' ἀρχῆς.

Idem addito εὐθύς: V. 1031 ξυστὰς εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς. Eadem a Meinekeo ex Hamakeri coniectura in P. 754 substituta sunt pro καὶ πρῶτον μὲν μάχομαι πάντων codicum.

P. 84 μή μοι σοβαρῶς χώρει λίαν εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς.

Aliae locutiones:

N. 431 τὸ λοιπὸν—ἀπὸ τουδὶ ἐν τῷ δήμῳ γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας.

V. 548 εὐθὺς—ἀπὸ βαλβίδων—ἀποδείξω, quod idem valet atque ἀπ' ἀρχῆς.

Av. 1518 (οὐδὲ) ἀνῆλθεν—ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου.

R. 948 ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπῶν οὐδὲν παρῆκ' ἂν ἀργόν.

2) V. 103 εὐθὺς—ἀπὸ δορπηστοῦ κέκραγεν ἐμβάδας.

Ec. 694 προσπίπτουσαι τοῖς ἀπὸ δείπνου.

3) V. 100 τὸν ἀλεκτρυόνα,—ὡς ᾖδ' ἀφ' ἑσπέρας. 218 ἀπὸ μέσων νυκτῶν—παρακαλοῦσ' ἀεί, ubi non id tempus, quod mediam noctem sequitur, sed ipsa media nox designatur.

4) Restat locus

Av. 920 ταυτὶ (= τὰ μέλη) σὺ πότ' ἐποίησας; ἀπὸ πόσου χρόνου; ubi, si recte πόσου pro ποίου librorum a Bentleio repositum est, praepositione temporis praeteriti intervallum notatur, quo aliquid a praesentia distat („abhinc"); quo sensu ἐκ haud raro dicitur (ut Plat. Menex. 234 E ἐκ πολλοῦ χρόνου λόγους παρεσκευασμένων), ἀπό nusquam inveni, praeter hunc locum, nisi apud Dionem Chrysostomum (or. 37 init.) ὅτε τὸ πρῶτον ἐπεδήμησα ἀφ' ἕνδεκα ἐτῶν σχεδόν (v. Wyttenbachii Lex. Plut. p. 104), ubi tamen cod. Venetus praebet ἀφ' οὗ δέκα ἔτη (v. Reiskei ann.), quod nunc receptum est. Unde recte mihi videor colligere, hunc praepositionis usum ab Atticorum quidem consuetudine alienum fuisse, ideoque codicum lectionem retinendam existimo, quae etiam loco Xenophonteo (de vectig. 4, 2) confirmatur: οὐδεὶς—πειρᾶται λέγειν, ἀπὸ ποίου χρόνου ἐπεχειρήθη (τὰ ἀργύρεια). Sed non facilis est interpretatio Aristophanis versiculi. Puto tamen, ἀπό prima illa significatione dictum esse „ex quo tempore" (nam ποῖος saepe significatione non multum differt a τίς; v. Engeri ann. ad Aesch. Ag. 278; cf. Ar. N. 682 et 685) totumque locum ita vertendum censeo, ut ad ἀπὸ π. χρ. ex antecedentibus cogitando suppleatur ποιεῖς ταῦτα vel simile: „quando haec fecisti aut ex quo tempore facis (vel facere coepisti)?".

III. *Tralatae* significationes.

1) Ac primum quidem ἀπό, ut ἐκ, *originem* hominis vel rei, alicunde ductam, indicat, quod fit his fere rationibus: primum locum indicat praepositio, unde quis vel quid ortum est aut ubi omnino versari solet (a); deinde multitudinem, de qua aliquid depromitur (b); tum illum quasi fontem, unde aliquid sumitur (c); denique illum ex quo aliquid discimus (d).

a) A. 636 ὑμᾶς ἀπὸ τῶν πόλεων οἱ πρέσβεις ἐξαπατῶντες. Ita verba transposuit Bentleius, cum libri metro depravato (v. Reisig. Coni. p. 149) praebeant οἱ πρ. ἀπὸ τ. π. Sed vereor, ne graviore vitio hic versus laboret: quis enim ferat, verba ἀπό τ. π., quae apud οἱ πρ. attributi vicem sustinent, praedicati loco posita esse, cum praesertim a nomine suo caesura seiuncta sint?

Av. 409 ξένω σοφῆς ἀφ' Ἑλλάδος. 1517 κνῖσα μηρίων ἄπο.

L. 1208 ἄρτος ἀπὸ χοίνικος „panis unius choenicis", i. e. „magnus".

Ec. 918 τὸν ἀπ' Ἰωνίας τρόπον.

Fr. 699, 2 ῥήματά τε κομψὰ καὶ παίγνι' ἐπιδεικνύναι πάντ' ἀπ' ἀκροφυσίων κἀπὸ καναβευμάτων.

b) P. 1205 ἀφ' ὧν—ἀπεδόμεσθα κἀκερδάναμεν τὰ δῶρα ταυτί σοι φέρομεν „ex iis, quae vendidimus et unde lucrum fecimus, dona haece tibi ferimus“.

Av. 833 ὄρνις ἀφ' ἡμῶν.

Fr. 149, 9—10 Σαννυρίων ἀπὸ τῶν τρυγῳδῶν, ἀπὸ δὲ τραγικῶν χορῶν Μέλητος, ἀπὸ δὲ τῶν κυκλίων Κινησίας.

c) A. 999 ἀλείφεσθαι ἀπ' αὐτῶν (= ἐλᾴδων), i. e. oleo ab iis sumpto.

V. 670 δωροδοκοῦσιν—ἀπὸ τῶν πόλεων, ubi temere Hamakerus παρά reponit eique consentit Bachmannus p. 130, quod per personae fictionem propter ea, quae sequuntur, se scribere malle diceret. Ego aliter sentio. Nam, etsi alibi Ar. aliique de persona δωροδοκεῖν παρά τινος dicunt, potuit, tamen etiam ἀπό dicere, ut verbo μανθάνειν et παρά et ἀπό subiungit. Sed nihil opus est personae fictionem statuere. Potuit enim in v. 670 πόλεις proprio sensu ponere (cf. E. 834 δωροδοκεῖν ἐκ Μυτιλήνης), in sequentibus versibus de incolis earum civitatum agere e notissimo usu (Kr. I, 58, 4, 2).

L. 584 ἀπὸ τούτων πάντων τὸ κάταγμα λαβόντας.

d) Av. 375 ἀπ' ἐχθρῶν—πολλὰ μανθάνουσιν. 382 μάθοι γὰρ ἄν τις κἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σοφόν, de quo v. Blaydes. et Bachmann. p. 127 sq., qui Kockii coniecturam καί τι refellit. Obiter moneo, huius coniecturae fundamentum in aqua ut aiunt positum esse, si modo verum est, quod Blaydesius de Ravennatis scriptura annotavit: vulgo enim e Bekkeri collatione putabant in Rav. και exaratum esse; at Blaydesius disertissime testatur, ibi κ' ἀπό scriptum inveniri.

2) A quo usu proxime is abest, quando praepositio *auctorem* alicuius rei significat, i. e. illum, a quo aliquid proficiscitur (a) vel a quo aliquis aliquo modo afficitur (b).

a) Av. 708 πάντα—θνητοῖς ἐστιν ἀφ' ἡμῶν—τὰ μέγιστα.

L. 398 τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν ἐστιν ἀκολαστάσματα. 406 τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν βλαστάνει βουλεύματα. 997—8 ἀπὸ τοῦ—τουτὶ τὸ κακὸν ὑμῖν ἐνέπεσεν; ἀπὸ Πανός;

Pl. 100 ἴστον—τἀπ' ἐμοῦ, quod idem fere videtur esse ac τὰ ἐμά: haud raro enim ἀπό τινος dicitur, ubi nudus genetivus poni

posset; cf. Aesch. Sept. 1031—2 σπλάγχνον—μητρὸς ταλαίνης κἀπὸ δυστήνου πατρός.

b) Th. 1039 (cant.) (πέπονθα) ἀπὸ—συγγόνων ἄλλ' ἂν ἄνομα πάθεα, qui versus, si incorruptus est, hoc sonare debet: „a cognatis alia iniusta mala (passus sum)".

3) Iam enumeremus eos locos, ubi ἀπό *causam* (quae semper est adventicia) significat („вслѣдствіе, изъ-за"); dicitur autem et de rebus (a), et de hominibus (b).

a) V. 1253 ἀπὸ—οἴνου γίγνεται καὶ θυροκοπῆσαι κτλ. 1282 μαθόντα παρὰ μηδενός, ἀλλ' ἀπὸ σοφῆς φύσεος αὐτόματον ἐκμαθεῖν γλωττοποιεῖν, quo loco Bachmannus (p. 128) censet παρά et ἀπό sese excipere, ut ἀπὸ φ. idem sit ac παρὰ φ. Ego vero ita existimo, verbis παρὰ μηδ. respondere αὐτόματον, ἀπὸ φ. ἐκμ. autem esse non „a natura discere", sed „propter naturam" vel „suopte ingenio", ut recte vertit Brunckius.

Av. 485 καλεῖται περσικὸς ὄρνις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. 489 ἀπὸ τῆς ῥώμης τῆς τότ' ἐκείνης (i. e. τοῦ ἀλεκτρυόνος), ὁπόταν νόμον ὄρθριον ᾄσῃ, ἀναπηδῶσιν πάντες ἐπ' ἔργον, ubi ἀπό ab Hamakero recte pro ὑπό librorum restitutum est. Quid enim esset ὑπὸ ῥ.? Potentia galli coacti. At quomodo potentia galli, quae olim magna fuit, nunc nulla est, homines cogere potest? Ἀπό autem cum maxime ad hunc rerum statum convenit: est enim „propter potentiam galli", i. e. homines, eius potentiae memores, ad opus exsiliunt.

R. 1305 ἀπὸ τοῦ τιμὴν καὶ κλέος ἔσχεν;

b) Av. 151 βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου. 1702 κἀπὸ τῶν ἐγγλωττογαστόρων ἐκείνων—ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται.

L. 138 οὐκ ἐτὸς ἀφ' ἡμῶν εἰσιν αἱ τραγῳδίαι, quem versum Blaydesius non debebat cum 398 comparare: nec enim *a* mulieribus tragoediae conscribuntur, sed *de* iis fiunt.

Fr. 549 ἀπὸ Θηραμένους δέδοικα τὰ τρία ταυτί „Theramenis memor".

4) Multo plures sunt loci, quibus ἀπό instrumentum indicat („посредствомъ, съ помощью") (a). In quo numero collocandi sunt etiam ii loci, ubi de opibus agitur, quibus aliquid perficitur (b), sive pecunia est („на") (α), sive negotium, unde pecunia capitur (β).

a) E. 539 ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος μάττων ἀστειοτάτας ἐπινοίας. 788 ὡς ἀπὸ μικρῶν εὔνους αὐτῷ θωπευματίων γεγένησαι.

N. 392 ἀπὸ γαστριδίου τυννουτουὶ οἷα πέπορδας. 768 (τὴν λίθον), ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι.

V. 656 λόγισαι—μὴ ψήφοις, ἀλλ' ἀπὸ χειρός.

R. 121 μία (ὁδὸς) ἔστιν ἀπὸ κάλω καὶ θρανίου, quod ambigue dictum est: nam et „a fune et transtro" significat, et „per funem et transtrum". 1200—1 ἀπὸ ληκυθίου σου τοὺς προλόγους διαφθερῶ.— ἀπὸ ληκυθίου σὺ τοὺς ἐμούς;

Pl. 562 ἀπὸ τοῦ λιμοῦ—αὐτοῖς τὸ σφηκῶδες σὺ πορίζεις.

b, α) E. 538 ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης—ἀριστίζων.

V. 300 ἀπὸ τοῦδε—τοῦ μισθαρίου—ἔχειν ἄλφιτα.

L. 496 πολεμητέον ἔστ' ἀπὸ τούτου.

Ec. 599 ἀπὸ τούτων—ἡμεῖς βοσκήσομεν ὑμᾶς.

Pl. 377 ἀπὸ σμικροῦ—διαπρᾶξαι. 569 πλουτήσαντες—ἀπὸ τῶν κοινῶν, ubi localis vis praepositionis dilucide apparet. 890 ἀπὸ τῶν ἐμῶν—δειπνήσετον.

β) P. 850 ζῶσιν ἀπὸ τούτων.

Av. 1434 ἔργα,—ἀφ' ὧν διαζῆν—χρῆν.

5) Postremo eos tractabo locos, quibus ἀπό illud significat, unde quis aliquid cognoscit, iudicat, colligit („на основанiи").

E. 427 ἀφ' οὗ ξυνέγνω.

N. 385 ἀπὸ σαυτοῦ 'γώ σε διδάξω.

V. 76 ἀφ' αὑτοῦ τὴν νόσον τεκμαίρεται. 601 σκέψαι δ' ἀπὸ τῶνδ' ἀγαθῶν οἵων μ' ἀποκλῄεις καὶ κατερύκεις, ubi ab Hamakero τῶνδ' pro τῶν librorum scriptum est, ab Hirschigio μ' interpositum est, ut sit „collige ex his (quae modo enumeravi), a quibus me excludas et arceas commodis" (Bachm. p. 97 sq.).

Ec. 780 γνώσει—ἀπὸ τῶν χειρῶν γε τῶν ἀγαλμάτων.

Pl. 577 σκέψασθαι—ἀπὸ τῶν παίδων.

Similis est praepositionis usus in

Fr. 278, 2 ἔστιν—τοῖς κάτω πρὸς τοὺς ἄνω ἀπὸ συμβόλων, si pro ἔστιν scribamus κρίσεις, ut vult Kockius.

ΕΝΕΚΑ, ΟΥΝΕΚΑ.

De forma. Ex formis huius particulae in Ar. codicibus hae scriptae inveniuntur: ἕνεκα, εἵνεκα, οὕνεκα, ἕνεκε, ἕνεκεν, οὕνεκεν. Ac primum quidem de formis in ε(ν) exeuntibus agamus. Quae

cum ab antiqua Atticorum dialecto alienae esse videantur (v. Meisterh. p. 177), quaerendum est, num metro postulentur. Ἕνεκε et οὕνεκεν leguntur in Ec. 659 in cod. Florentino (Γ) et Monacensi (N), ubi meliores cod. ἕνεκεν praebent, et, quia metro adversantur, reicienda sunt. Ἕνεκέν, quod sciam, in libris etiam optimis exstat in N. 420 (anap.) ἀλλ' ἕνεκέν γε ψυχῆς, Ec. 659 (anap.) πολλῶν ἕνεκεν νὴ τὸν Ἀπόλλω, Pl. 989 καὶ ταῦτα τοίνυν οὐχ ἕνεκεν μισητίας (in V tamen est ἕνεκα). Hos locos si consideraverimus, videbimus, 1) hanc formam in nullo eorum metro postulari, sed in prioribus dactylum, in tertio tribrachum admitti; 2) vocabula sequentia incipi γ, ν, μ litteris, quae quam similes sint ν litterae, in quam ἕνεκεν exit, nemo nescit; v. Bast. p. 725 et 727. Quae cum ita sint, neminem puto negaturum, hanc formam ex formis, in α exeuntibus, eo ortam esse, quod librarius, cum praepositionem scriberet, sequentem litteram ad eam referens, ἕνεκεν scriptum esse fingebat. Atque in Ec. 659 dactylica forma etiam prava lectione cod. N οὕνεκεν commendatur: primo igitur vera lectio οὕνεκα in οὕνεκεν mutata est, quod postea metri causa in ἕνεκεν correctum est; in Pl. autem v. 989 recta forma ἕνεκα in cod. V repraesentatur. Denique in N. 420 οὕνεκα etiam eo confirmatur, quod Strepsiadem, cum in v. 422 omnia, quae dixerat, uno verbo τούτων complecteretur, eadem forma praepositionis usum esse consentaneum est; in v. 422 autem dactylicam formam posuit, ergo in v. 420 quoque eadem est restituenda. Ac ne quis in ictu in paenultima posito offendat, videat N. 422 et 511, ubi ita οὕνεκα in anapaestis, P. 664. Av. 1544. Th. 443, ubi ita ἕνεκα in senariis pronuntiandum est.

De formis εἵνεκα et οὕνεκα omnium doctissime et copiosissime nuper egit Wackernagelius, cuius disputationis haec summa est. Εἵνεκα Ionicam esse formam, non magis apud Ar. ferendam quam ξεῖνος sim., οὕνεκα autem antiquae Atticae dialecti proprium fuisse, quod et testimonio optimorum librorum Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis et comparatione linguarum confirmetur. Accedere, quod εἵνεκα Alexandrinis et posterioribus tantum non in deliciis fuerit, οὕνεκα temporibus intercidierit, ut in codicibus hoc in illius locum nullo pacto, illud in huius facile succedere posset. In libris igitur Ar. aut omnibus, aut certe optimis formas dactylicas his locis legi:

οὕνεκα: A. 958. N. 6. 238. 361. 1508. P. 203. 221. Av. 293. 517. 1274. Th. 176. 366. 454. R. 1008. 1118. 1414. Ec. 106. 559. 658. Pl. 990. 1177. 1200—omnino 22 locis.

εἵνεκα: V. 703. 719. 886. 1347. P. 210. 760. L. 74. Ec. 659²—omnino 8 locis.

Dubiam scripturam codices praebere:

V εἵνεκα, R aliosque plurimos οὕνεκα: N. 526. 555. P. 744.

R εἵνεκα, ceteros οὕνεκα: L. 501.

RV εἵνεκα, UA οὕνεκα: Pl. 329.

ἕνεκα, εἵνεκα, οὕνεκα: N. 422 (R ἕνεκα, V εἵνεκα). L. 491 (R ἕ.). R. 189 (R εἵ., V ἕ.). E. 544 (R ἕ., V οὕ.); quibus locis dactylum metro requiri.

ἕνεκα et εἵνεκα: N. 511 (V ἕ., ceteros εἵ.); dactylum necessarium esse.

ἕνεκα (—εν), οὕνεκα (—εν): N. 1217. 1236. Ec. 659¹; dactylica forma nihil opus esse.

Quibus expositis, de *collocatione* particulae pauca dicamus.

Ἕνεκα et postponitur nomini suo et praeponitur. Postpositum nullo intercedente vocabulo 6 locis reperimus: V. 702. P. 664. Av. 855. 1544. L. 544 (ubi Mein. aliique lacunam indicaverunt). R. 108; praepositum 6 (4) locis: N. 1236. V. 886 (ita enim scribit Reisigius Coni. p. 39 pro εἵνεκα codicum). R. 232. Pl. 177 (989, ut pro ἕνεκεν scribendum conieci. Fr. 431, si recte a Kockio verba poetae restituta sunt). Intercedente γ'(έ) particula ἕνεκα postponitur 2 locis: A. 388. Ec. 170; intercedente γέ praeponitur 1 loco: Ec. 367. Interponitur ἕνεκα nomini et eius attributo 2 locis: N. 1217 τῶν ἐμαυτοῦ γ' ἕνεκα νυνὶ χρημάτων. Th. 443 ὀλίγων ἕνεκα καὐτὴ παρῆλθον ῥημάτων.

Οὕνεκα nomini postponi solet; praepositum nisi in anapaestis non invenitur (quod tragici sine ulla dubitatione etiam in alio genere versuum fecerunt). Postpositum igitur est nulla intercedente voce 27 locis: N. 6. 238. 361. 526. 555. 1508. V. 703. 719. 1347. P. 203. 221. 760. Av. 293. 517. 1274. L. 491. 501. Th. 176. 360. 366. 454. R. 1008. Ec. 559. 659 (duobus locis, quorum priore in libris ἕνεκεν legitur). Pl. 990. 1177; praepositum est 2 locis: N. 422. P. 744. Intercedente aliqua voce postpositum est 13 locis, quorum 5 locis γ'(έ) intercedit: A. 958. L. 74. R. 189. 1024. 1118; 2 locis δ'(έ): P. 210. Pl. 1200; 1 loco οὖν: E. 544; 1 loco μέν: Pl. 329; 1 loco verbum

ἦλθες: R. 1414; 2 locis duo vocabula— δ' αὐτόν: Av. 84, γὰρ τάλαν: Ec. 658; 1 loco multa vocabula: Ec. 106. Intercedente γέ praepositum est 1 loco: N. 420, si recte pro ἕνεκεν codicum scriptum est. Interpositum est substantivo et eius attributo (pronomini demonstrativo) 2 locis: N. 511 τῆς ἀνδρείας οὕνεκα ταύτης. Fr. 679 τοῦ σχήματος οὕνεκα τοῦδε.

Omnino igitur ἕνεκα 17-ies, οὕνεκα 45-ies legitur.

De usu. Frequentissima ἕνεκα (οὕνεκα) praepositionis significatio est *„propter“* („вслѣдствіе“) (1). Paulo rarius sensu *„causa, ad“* („ради, для“) (2) legitur. Priore igitur significatione dictum, denotat, qua de causa aliquid agatur, altera, — quo consilio id fiat. Sed cum causae et consilii notiones inter se proximae sint, haud raro difficile est dictu, utro sensu poeta praepositionem posuerit: veluti τούτων ἕνεκα ἦλθον aeque et „hanc ob causam veni“ et „hoc consilio veni“ verti potest*. Tum personae coniuncta particula aliquid *in* eius *gratiam* vel *ex* eius *usu* fieri significat („ради, для“) (3). Quartus usus est praepositionis, cum significat *„quod attinet ad“* (4), quo sensu sine γέ particula nusquam legitur. Iam haec omnia, quae dixi, exemplis confirmentur.

1) E. 544 τούτων οὖν οὕνεκα πάντων, ὅτι κτλ, αἵρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον.

N. 6 ἀπόλοιο δῆτ' ὦ πόλεμε πολλῶν οὕνεκα „multis de causis“. (Eadem locutio legitur in N. 1508. Th. 454. Ec. 559. 659). 361 πλὴν εἰ Προδίκῳ (ὑπακούσαιμεν), τῷ μὲν σοφίας καὶ γνώμης οὕνεκα, σοὶ δὲ ὅτι κτλ. 511 ἴθι χαίρων τῆς ἀνδρείας οὕνεκα ταύτης. 1217 τῶν ἐμαυτοῦ γ' ἕνεκα—χρημάτων ἕλκω σε „ob meam pecuniam (mutuam datam)“, qui locus etiam aliud interpretandi genus admittit: „ad recuperandam pecuniam meam (mutuam datam)“. 1236 ἀπόλοιο—ἕνεκ' ἀναιδείας. 1508 δίωκε βάλλε παῖε πολλῶν οὕνεκα, μάλιστα δ' εἰδὼς κτλ.

V. 719 ὧν οὕνεκ' ἐγώ σ' ἀπέκλῃον „qua de causa“. (Eadem locutio invenitur in V. 1347. P. 221. 664. 760). 886 κᾀπᾴδομεν νέαισιν ἀρχαῖς ἕνεκα τῶν προλελεγμένων. 1347 ὧν οὕνεκ' ἀπόδος τῷ πέει τῳδὶ χάριν, quod nihil fere differt ab ἀνθ' ὧν.

---

* Parum recte igitur Papeus in lexico in v. διά (I, p. 571ᵃ III ed.) hoc inter ἕνεκα et διά interesse putat, quod illud consilium agendi, hoc causam declaret.

P. 203 ἐξῳκίσαντο — τίνος οὕνεκα; Ἕλλησιν ὀργισθέντες. (Eadem locutio invenitur in R. 1008. Pl. 1177). 210 τοῦ δ' οὕνεχ' ἡμᾶς ταῦτ' ἔδρασαν; — ὁτιὴ πολεμεῖν ᾑρεῖσθε κτλ. (Eadem locutio legitur in Ec. 658). 221 ὧν οὕνεκ' οὐκ οἶδ' εἰ—Εἰρήνην—ὄψεσθε. 664 ὧν ἕνεκα μομφὴν ἔχει. 760 ὧν οὕνεκα—ἀποδοῦναι—τὴν χάριν.

Av. 1274 στεφάνῳ σε—σοφίας οὕνεκα στεφανοῦσι.

L. 501 τοῦδ' οὕνεκα καὶ πολὺ μᾶλλον (σωστέον). 544 ἐθέλω—ἐπὶ πᾶν ἰέναι μετὰ τῶνδ' ἀρετῆς... ἕνεκα, ubi lacunam alii alio modo explere conantur.

Th. 454 κολάσαι τὸν ἄνδρα πολλῶν οὕνεκα.

R. 232 προσεπιτέρπεται — ἕνεκα δόνακος. 1008 τίνος οὕνεκα χρὴ θαυμάζειν ἄνδρα ποιητήν; 1024 τούτου γ' οὕνεκα τύπτου.

Ec. 559 μακαρία τἄρ' ἡ πόλις ἔσται τὸ λοιπόν.—κατὰ τί;—πολλῶν οὕνεκα. 658—9 τοῦ γὰρ — οὕνεκ' ἔσονται (δίκαι); — πολλῶν οὕνεκα νὴ τὸν Ἀπόλλω· πρῶτον δ' ἑνὸς οὕνεκα δήπου, ἤν τις ὀφείλων ἐξαρνῆται.

Pl. 989 ταῦτα—οὐχ ἕνεκα μισητίας αἰτεῖν μ' ἔφασκεν, ἀλλὰ φιλίας οὕνεκα. 1177 θύειν ἔτ' οὐδεὶς ἀξιοῖ. — τίνος οὕνεκα; — ὅτι κτλ.

Fr. 431 (corruptum) ὅστις ἕνεκεν τῆς φειδωλίας οὐδένα εἶα προσίεσθαι φυλακῆς ἕνεκα τῶν χρημάτων καὶ γλίσχρου βίου. Unde Kockius e Fritzschei emendatione hos versus fecit: ὅστις ἕνεκα τῆς φ. | οὐδένα προσίει καὶ φυλακῆς τ. χρ. | γλ. βίου τε. 679 ἀνακύπτων καὶ κατακύπτων τοῦ σχήματος οὕνεκα τοῦδε „propter hanc figuram".

2) N. 238 ὧνπερ οὕνεκ' ἐλήλυθα (cf. Av. 1544. Th. 176. R. 108. 1414. Pl. 1200). 555 προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην τοῦ κόρδακος οὕνεκα.

V. 702 τοῦτό—σοι ἐνστάζουσιν—τοῦ ζῆν ἕνεκα. 703 βούλονταί—σε πένητ' εἶναι· καὶ τοῦθ' ὧν οὕνεκ' ἐρῶ σοι, ἵνα κτλ.

P. 744 (quem versum Hamakerus delevit, Mein. in marginem reiecit) οὓς ἐξῆγον κλάοντας—οὕνεκα τουδί, ἵνα κτλ.

Av. 293 ἐπὶ λόφων οἰκοῦσιν—ἀσφαλείας οὕνεκα. 517 τίνος οὕνεκα ταῦτ'—ἔχουσιν;—ἵνα κτλ. 855 χάριτος ἕνεκα προβάτιον—θύειν, quod malim, ut Blaydesius, „favoris conciliandi gratia", quam, ut vulgo, „ad persolvendas gratias" interpretari. 1544 τούτων ἕνεκα δεῦρ' ἦλθον, ἵνα φράσαιμί σοι.

L. 491 τοῦδ' (= τοῦ ἀργυρίου) οὕνεκα δρώντων, ὅ τι βούλονται.

Th. 176 ὧνπερ οὕνεκ' ἦλθον. 360 ἐξαπατῶσιν κτλ. — κερδῶν οὕνεκα. 366 Μήδους ἐπάγουσι γῇ κερδῶν οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ, ut Velsenus

codicum scripturam M. ἐπ. τῆς χώρας οὕνεκ' ἑ. βλ. emendavit. Quae coniectura violentior mihi videtur, nec tamen ea locus mendosus sanatur: nam apodosis ad illud ὁπόσαι desideratur expressa infinitivo (cf. v. 356). Itaque potius crediderim, verba οὕνεκ' ἐπὶ βλ. ex v. 366 illata esse atque post χώρας plura excidisse.—443 ὀλίγων ἕνεκα—παρῆλθον ῥημάτων.

R. 108 ὧνπερ ἕνεκα—ἦλθον. 1414 ὧνπερ ἦλθες οὕνεκα.

Ec. 106 τούτου γέ τοι νὴ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν τόλμημα τολμῶμεν τοσοῦτον οὕνεκα, ἥν πως κτλ.

Pl. 177 Φιλέψιος—οὐχ ἕνεκα σοῦ μύθους λέγει; i. e. ut te (=divitias) nanciscatur, ubi notatu dignum est, σοῦ simul et personae et rei vice fungi. 329 τριωβόλου μὲν οὕνεκα ὠστιζόμεσθα. 1200 ὧν δ' οὕνεκ' ἦλθον;

3) N. 526 ὑμῖν τοῖς σοφοῖς, ὧν οὕνεκ' ἐγὼ ταῦτ' ἐπραγματευόμην.

Av. 84 σφῷν δ' αὐτὸν οὕνεκ' ἐπεγερῶ, ubi v. Kock.

R. 189 σοῦ γ' οὕνεκα (ἐς κόρακας σχήσω).

Ec. 170 ὑμῶν γ' ἕνεκα—λέξειν, quod Blaydes., coll. v. 367, „vestra quidem causa, quod quidem ad vos attinet, adeo infeliciter rem geritis" interpretatur. Refert igitur hoc exemplum ad ea, quae quarto loco posuimus. Ego vero, quid hic sibi velit illud „quod attinet" aut quomodo „adeo inf. rem ger." ex his verbis elici possit, non satis intellego atque potius „vestra causa" vel „e re vestra" vertendum censeo. Quapropter fortasse non est contemnenda Rav. lectio, a quo γ' abest.

4) Ea exempla, in quibus ἕνεκα „quod attinet ad" significare supra dixi, etiam aliam interpretationem admittunt, ut „per aliquem stat, licet", vel „de (in) aliqua re" („если дѣло идетъ о").

A. 388 λαβὲ — ἐμοῦ γ' ἕνεκα — Ἄιδος κυνῆν „sumas, per me licet". 958 εὐδαιμονήσεις συκοφαντῶν γ' οὕνεκα, quod sch. R interpretatur: εἰς τὸ κατὰ συκοφάντας μέρος.

N. 420—422 οὕνεκά γε ψυχῆς στερρᾶς δυσκολοκοίτου τε μερίμνης κτλ.—οὕνεκα τούτων ἐπιχαλκεύειν παρέχοιμ' ἄν.

L. 74 ἐπαναμείνωμεν ὀλίγου γ' οὕνεκα, ubi Blaydes. annotavit: „sc. χρόνου, brevis quidem temporis gratia, i. e. paullisper, parumper". Videtur igitur vir doctus praepositionem finali signicatu accipere, quod, me quidem iudice, sensu caret. Recte Bernhardius (Synt. p. 233) mecum facit. Nam ad verbum ita vertendum est: „quod attinet ad breve quidem tempus" („non diu tamen" audi-

tur), i. e. „paullisper maneamus", „ein wenig mindestens" (Bernh. l. c.). Cf. sch. ἀντὶ τοῦ πρὸς βραχὺν χρόνον.

R. 1118 πάντ' ἐπέξιτον θεατῶν γ' οὕνεκα.

Ec. 367 οὗτος — ἀνὴρ ἕνεκά γε στεναγμάτων οἶδεν, τί πρωκτὸς βούλεται χεζητιῶν.

ΠΡΟ.

1) Πρό praepositio, genetivo iuncta, *locum* indicat, *ante* quem aliquid versatur vel agitur („предъ").

A. 989 ἐξέβαλε—τὰ πτερὰ πρὸ τῶν θυρῶν, i. e. plumas proiecit, ut ante ostium iacerent. Eadem locutio invenitur in V. 273. 805. Ec. 1033.

E. 1058—9 πρὸ Πύλου Πύλον.—ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο.—τί τοῦτο λέγει πρὸ Πύλοιο;

V. 273 πρὸ θυρῶν φαίνεται. 805 (ὡς ἐνοικοδομήσοι δικαστηρίδιον) πανταχοῦ πρὸ τῶν θυρῶν.

Av. 360 τὸν ὀβελίσκον—κατάπηξον πρὸ σαυτοῦ, quod a Bentleio pro πρὸς αὐτόν codicum recte scriptum videtur.

Ec. 1033 ὕδατός τε κατάθου τοὔστρακον πρὸ τῆς θύρας.

Singularis et poetica est dictio in

A. 235 (cant.) διώκειν γῆν πρὸ γῆς „e terra in terram". Cf. Kr. II, 68, 15, 1.

2) Tum duobus locis, quorum alter in oraculo ficto invenitur, alter ad hunc spectat, πρό eum significat, *ex* cuius *usu* aliquid fit („за").

E. 1018 πρὸ σέθεν λάσκων. 1023 πρὸ σοῦ—ἀπύω.

3) De *tempore* dictum, item „ante" significat („до"). Atque saepe fit, ut per breviloquentiam quandam praepositio ei rei adiungatur, cui nulla actionis notio subiecta sit; ut πρὸ χελιδόνων est „ante adventum hirundinum". Similiter nos dicimus „вставать до пѣтуховъ", i. e. „до пѣнія п.".

A. 1110 πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκυν κατέδομαι.

E. 422 πρὸ χελιδόνων ἔκλεπτες.

V. 1363 ἵν' αὐτὸν τωθάσω νεανικῶς, οἵως ποθ' οὗτος ἐμὲ πρὸ τῶν μυστηρίων „priusquam initiarer".

P. 893 ἐνταυθὶ—πρὸ τοῦ πολέμου τὰ λάσανα τῇ βουλῇ—ἦν.

R. 872 ὅπως ἂν εὔξωμαι πρὸ τῶν σοφισμάτων „antequam argutentur".

Frequentissima est locutio πρὸ τοῦ „antehac", de qua cf. Kr. I, 50, 1, 19. Bachm. p. 46, quae apud Ar. 35-ies legitur.

a) πρὸ τοῦ: E. 1339. N. 5. 654. 913. 1291. V. 231. 268. P. 401. 402. 690. 1199. 1312. Av. 199. Th. 398. 410. 418. 424. R. 732. 977. Ec. 300. Pl. 1005. 1006.

b) idem addito articulo οἱ πρὸ τοῦ „maiores": E. 574. Fr. 220, 2.

c) ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ: P. 350. Ec. 221—228 (novies). Pl. 95.

ΑΝΤΙ.

Ἀντί, genetivo adiunctum, ut apud ceteros Atticos, ita apud Ar. nisi tralato sensu non usurpatur.

1) Ac primum quidem eam rem designat, cuius in locum alia succedit vel cuius vice fungitur: „pro, loco, instar", („вмѣсто, на мѣстѣ, взамѣнъ" etc.).

a) E. 364 κινήσω—σου τὸν πρωκτὸν ἀντὶ φύσκης. 470 χάλκευ' ἀντὶ τῶν κολλωμένων, ubi v. Kock. 606 ἤσθιον—τοὺς παγούρους ἀντὶ ποίας μηδικῆς. 1043 ἀντὶ τοῦ λέοντός εἰμί σοι. 1345 ἐξαπατήσας σ' ἀντὶ τούτων, h. e. ἀντὶ τοῦ φιλεῖν σε καὶ κήδεσθαί σου.

N. 381 ἀντ' αὐτοῦ δῖνος—βασιλεύων. 796 πέμπειν ἐκεῖνον ἀντὶ σαυτοῦ μανθάνειν.

V. 210 τηρεῖν Σκιώνην ἀντὶ τούτου τοῦ πατρός. 878 ἀντὶ σιραίου μέλιτος μικρὸν τῷ θυμιδίῳ παραμίξας. 1404 εἰ—ἀντὶ τῆς κακῆς γλώττης—πυροὺς πρίαιο.

Av. 1429 ἀνθ' ἕρματος—καταπεπωκὼς δίκας.

L. 1155 κἀντὶ τῆς κατωνάκης τὸν δῆμον ὑμῶν χλαῖναν ἤμπισχον.

Th. 773 εἰ ταδὶ τἀγάλματ' ἀντὶ τῶν πλατῶν γράφων διαρρίπτοιμι. 856 ὃς ἀντὶ δίας ψακάδος Αἰγύπτου πέδον λευκῆς νοτίζει.

Ec. 587 τοῦτο—ἡμῖν δρᾶν ἀντ' ἄλλης ἀρετῆς ἐστιν, ubi ἀρετῆς Bergkius scripsit pro ἀρχῆς codicum. 1111 ἐπιθεῖναι πρόφασιν ἀντὶ ληκύθου.

Pl. 540—545 ἀνθ' ἱματίου μὲν ἔχειν ῥάκος· ἀντὶ δὲ κλίνης στιβάδα σχοίνων—καὶ φορμὸν ἔχειν ἀντὶ τάπητος σαπρόν· ἀντὶ δὲ προσκεφαλαίου λίθον εὐμεγέθη πρὸς τῇ κεφαλῇ· σιτεῖσθαι δ' ἀντὶ μὲν ἄρτων μαλάχης πτόρθους, ἀντὶ δὲ μάζης φυλλεῖ' ἰσχνὰ ῥαφανίδων·

ἀντὶ δὲ θράνου στάμνου κεφαλὴν κατεαγότος, ἀντὶ δὲ μάκτρας φιδάκνης πλευρὰν ἐρρωγυῖαν καὶ ταύτην.

Fr. 87 ἀνθ' Ἑρμιόνος, quod proverbium in iis dicitur, „quisquis non minus quam templa Hermionensia incolumitatem alicuius praestat" (Kock.). 128 βακτηρία—Περσὶς ἀντὶ καμπύλης.

b) Semel haec praepositio post ἄλλος pro ἤ („какъ не") in interrogatione legitur. Fallitur igitur Kruegerus (I, 68, 14, 2), cum hunc usum tragicorum esse dicit.

N. 653 τίς ἄλλος ἀντὶ τουτουὶ τοῦ δακτύλου;

c) Item semel ἀντί pro ἤ ex verbo comparative dicto suspensum invenitur (Kr. I, 49, 2, 7).

Ec. 925 οὐδεὶς—ὡς σὲ πρότερον εἴσεισ' ἀντ' ἐμοῦ.

d) Praeterea sunt duo loci, quibus ἀντί cum nomine suo vicem sustinet totius enuntiati („вмѣсто того чтобы" c. inf.).

V. 1268 ὃν—ἐγώ ποτ' εἶδον ἀντὶ μήλου καὶ ῥοᾶς δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου, quem locum recte explicat Richterus: „ἀντὶ τοῦ μῆλον καὶ ῥοιὰν δειπνεῖν, ὡς νῦν: Amynias olim cum Leogora laute epulabatur, nunc pomis vescitur".

Av. 58 ἀντὶ τοῦ παιδὸς—ἐποποῖ καλεῖν, i. e. ἀντὶ τοῦ παῖ παῖ καλεῖν, de quo cf. Mein. Vind. p. 84. Haupt. Opusc. v. II, p. 201.

e) Tribus denique locis hac praepositione transitus in alium statum indicatur.

P. 694 εἶναι—ἀντὶ δούλων δεσπότας.

Pl. 634 ἀντὶ—τυφλοῦ ἐξωμμάτωται.

Fr. 569, 15 Αἴγυπτον αὐτῶν τὴν πόλιν πεποίηκας ἀντ' Ἀθηνῶν.

2) Eadem fere est vis praepositionis, cum aliquid aliqua re compensari dicitur, velut cum de ea re agitur, pro qua gratia vel pretium redditur aut poenae capiuntur, ubi nos „за" dicimus.

a) A. 286 ἀντὶ ποίας αἰτίας (καταλεύσετέ με);

E. 1404 σ' ἀντὶ τούτων εἰς τὸ πρυτανεῖον καλῶ.

N. 338 ἀντ' αὐτῶν κατέπινον κεστρᾶν τεμάχη. 668 ἀντὶ τούτου τοῦ διδάγματος μόνου διαλφιτώσω σου κύκλῳ τὴν κάρδοπον.

V. 509 οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἄν.

P. 580 ἀντὶ τούτων—τὴν θεὸν προσείπατε. 1251 ἀντέδωκ' ἐγὼ 'ντὶ τῶνδε μνᾶν, si recte Mein. versum corruptum emendavit. Libri ἀντέδωκ' ἀντί.

L. 1167 ἕτερον—ἀπαιτεῖτ' ἀντὶ τούτου χωρίον.

Th. 723 ἀνταμειψόμεσθά σε—ἀντὶ τῶνδε.

Ec. 1047 ἀντὶ τούτων τῶν ἀγαθῶν—ἀποδώσω—σοι χάριν.

b) Huc pertinet etiam locutio ἀνθ' ὧν, in qua praepositio interdum prorsus fere compensationis notione amissa, ut in A. 292, Pl. 840, causalem vim accipit („quam ob rem").

A. 292 ἀντὶ δ' ὧν ἐσπεισάμην.

N. 623 ἀνθ' ὧν—Ὑπέρβολος—τὸν στέφανον ἀφῃρέθη. 1310 ἀνθ' ὧν πανουργεῖν ἤρξατο,—λαβεῖν κακόν τι, ubi ἀνθ' ὧν dictum est pro ἀντὶ τούτων ἅ. Ceterum ἀνθ' Reisigio debetur: a libris enim abest.

Ec. 17 ἀνθ' ὧν συνείσει καὶ τὰ νῦν βουλεύματα.

Pl. 434 δοῦναι δίκην ἀνθ' ὧν ἐμὲ ζητεῖτον ἐνθένδ' ἀφανίσαι, ubi ἀνθ' ὧν pro ἀντὶ τούτων ὅτι dictum est. Cf. Kr. I, 51, 10, 4. 840 ἀνθ' ὧν—πρὸς τὸν θεὸν προσευξόμενος ἥκω.

Α Ν Ε Υ.

De forma. Ar. semper forma ἄνευ utitur, nisi quod in A. 834, ubi hominem Megarensem loquentem facit, Doricam formam ἄνις posuit, unde haec forma etiam in v. 798 a Bentleio restituta est.

De usu. Ἄνευ praepositio, genetivo adiuncta, duplici sensu dicitur: proprio „sine" de re vel persona absente (1) et praegnanti de eo, cuius auxilio aliquis destitutus est (2).

1) Atque prioris significationis exempla haec sunt:

a) cum *rei* adiuncta est praepositio:

A. 480 ἄνευ σκάνδικος ἐμπορευτέα. 826 φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος.

E. 881 ἄνευ χιτῶνος ὄντα.

N. 370 ποῦ—πώποτ' ἄνευ νεφελῶν ὕοντ' ἤδη τεθέασαι;

V. 471 ἔσθ' ὅπως ἄνευ μάχης καὶ τῆς κατοξείας βοῆς εἰς λόγους ἔλθοιμεν ἀλλήλοισι καὶ διαλλαγάς, ubi ingeniose Mein. (Vind. p. 27) ἂν ἐκ pro ἄνευ scribendum coniecit. Nam et coniunctivus ἔλθωμεν, ut vulgo edebatur, aperte vitiosus est, et optativus ἔλθοιμεν, quod V praebet, particula ἄν vix carere potest: v. Kr. II, 54, 3, 8 (nam hic usus tragicorum videtur proprius esse). Accedit, quod ἄνευ sententiae adversatur: tum enim dici posset, si ad pugnam clamoremque non perventum esset: at longe aliter res se habet. Mein. autem emendatio plane loci sententiae convenit: „post rixam illumque insanum clamorem".—830 ἄνευ δρυφάκτου τὴν δίκην μέλλεις καλεῖν;

P. 558. ἀπιέναι—ἄνευ δορατίου καὶ ξίφους κἀκοντίου. 694 ὧν ἄνευ γιγάρτων.

Av. 157 ζῆν ἄνευ βαλλαντίου. 278 ἄνευ καμήλου—εἰσέπτετο. 944 ἀκλεὴς—ἔβα σπολὰς ἄνευ χιτῶνος. 1520 νηστεύομεν ἄνευ θυηλῶν, de quo et L. 143 consulendus est Bachmannus p. 94.

L. 143 χάλεπὰ γυναῖκας ὑπνῶν ἐστ' ἄνευ ψωλᾶς μόνας (Lacaenae verba sunt). 470 ἔλουσαν ἡμᾶς—ἄνευ κονίας.

R. 401 ἄνευ πόνου πολλὴν ὁδὸν περαίνεις. 715—6 ἄνευ ξύλου βαδίζων.

Ec. 525 οὐχὶ βινεῖται γυνὴ κἄνευ μύρου;

b) cum *personae* adiuncta est praepositio:

Av. 847 οὐδὲν—ἄνευ σοῦγε—πεπράξεται.

L. 1039 οὔτε σὺν πανωλέθροισιν, οὔτ' ἄνευ πανωλέθρων.

2) Alterius significationis exempla pauca admodum exstant eaque ita comparata, ut in iis etiam prior significatio statui possit.

A. 797—8 ἄνευ τῆς μητρὸς ἐσθίοιεν ἄν;—καί κ' ἄνις γα τῶ πατρός, ubi praepositionis ambiguitate ludit poeta: „sine matre (patre)" dicitur, „sine matris (patris) auxilio" cogitatur (cf. Merrium ad h. l.). Item ambigue dictum est 834 κἄνις τῶ πατρὸς παίειν—τὰν μᾶδδαν.

R. 79 ἄνευ Σοφοκλέους ὅ τι ποιεῖ, ubi eadem ambiguitas latet: nam et „Sophocle absente" significat, et „Sophoclis auxilio destitutus".

ΔΙΑ.

Praepositionem διά cum duobus casibus Ar. coniungit—accusativo et genetivo, cum illo 106 locis, cum hoc 64.

A. Διά, cum acc. coniunctum,

I. *Locum* significat, *per* quem aliquid transit („чрезъ"). Qui usus poetarum proprius est; a scriptoribus hoc significatu genetivo adiungitur. Quare apud Ar. uno loco invenitur in chori carmine Av. 776 διὰ δ' αἰθέριον νέφος ἦλθε βοά.

Huc referendus est locus

L. 855 ἡ γυνή σ' ἔχει διὰ στόμα („in ore habet"), quem temere Blaydesius coniectura tentat: puto enim hoc loco aliquid parodiae inesse, quod aliqua ex parte et numeri tragici confirmant, et voces magnificae ἀκλεές et ἀνώνυμον.

II. Propria vero vis praepositionis διά c. acc. coniunctae ea est, ut significet *causam*. Additur autem et personis (1), et rebus aut abstractis (2).

1) *Personae* additum, aut eum indicat, cuius operae, merito, culpae aliquid debetur („благодаря кому“, „по винѣ кого“—виновникъ) (a), aut eum, ad quem in aliqua re respectus habetur vel cuius causa aliquid fit („изъ-за“ — поводъ) (b), aut eum, qui alicui rei impedimento est („изъ-за“—причина препятствующая) (c).

a) E. 67 τὸν Ὕλαν δι' ἐμὲ μαστιγούμενον. 1255 ἀνὴρ γεγένησαι δι' ἐμέ.

N. 14 δακνόμενος ὑπὸ τῆς δαπάνης κτλ. διὰ τουτονὶ τὸν υἱόν. 117 ἃ νῦν ὀφείλω διὰ σέ. 805 πλεῖστα δι' ἡμᾶς ἀγάθ' — ἕξων. 897 ταῦτα—ἀνθεῖ διὰ τουτουσὶ τοὺς ἀνοήτους. 1453 ταυτὶ δι' ὑμᾶς—πέπονθ' ἐγώ. 1477 ἐξέβαλλον τοὺς θεοὺς διὰ Σωκράτη.

Av. 1546 διὰ σ' ἀπανθρακίζομεν. 1728 μεγάλαι κατέχουσι τύχαι γένος ὀρνίθων διὰ τόνδε τὸν ἄνδρα.

Th. 414 διὰ τοῦτον ταῖς γυναικωνίτισιν σφραγῖδας ἐπιβάλλουσιν.

Pl. 93 διὰ τοὺς χρηστούς γε τιμᾶται, quod Brunckius perperam „a probis honore afficitur“ interpretatur; quod si vellet poeta, ὑπό c. gen. sine dubio usus esset; vertendum erat: „proborum opera in honore est.“ 183 θύουσι δ' αὐτῷ διὰ τίν'; οὐ διὰ τουτονί; (cf. 135 ὅδ' ἐστὶν αἴτιος κτλ.). 143 δι' ἐμὲ θύουσιν αὐτῷ; 145 εἴ τί γ' ἔστι λαμπρὸν καὶ καλὸν καὶ χαρίεν ἀνθρώποισι, διὰ σὲ γίγνεται. 160 τέχναι—πᾶσαι διὰ σὲ καὶ σοφίσματά—ἔσθ' ηὑρημένα. 170—1 μέγας—βασιλεὺς οὐχὶ διὰ τοῦτον κομᾷ; ἐκκλησία δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον γίγνεται; 174 ὁ Πάμφιλος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον κλαύσεται; 176 Ἀγύρριος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον πέρδεται; 178—9 ἡ ξυμμαχία δ' οὐ διὰ σὲ τοῖς Αἰγυπτίοις; ἐρᾷ δὲ Ναῖς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου; 181 τὰ — πράγματ' οὐχὶ διὰ σὲ πάντα πράττεται; 470 δι' ἐμὲ ζῶντας. 594 οὐ πάντ' ἔστ' ἀγάθ' ὑμῖν διὰ τὴν Πενίαν; 858 τὰ χρήματα ἀπολωλεκὼς—διὰ τὸν θεὸν τοῦτον.

b) A. 537 τό ψήφισμα—τὸ διὰ τὰς λαικαστρίας.

E. 266 δι' ὑμᾶς τύπτομαι. 730 διὰ σὲ τύπτομαι.

N. 340 διὰ—τάσδ' (=τὰς Νεφέλας) οὐχὶ δικαίως (κατέπινον); 1473 ἀλλ' ἐγὼ τοῦτ' ᾠόμην διὰ τουτουὶ τὸν δῖνον „sed ego istud arbitrabar propter huiusce (i. e. Socratis) Turbinem.“ Ita edidit Meinekeus de coniectura et qui eum secutus est Kockius; libri praebent τουτονί. Quid moverit utrumque, ut a vulgata lectione recederent, non satis intellego; at quam futilis sit haec coniectura.

statim demonstrabitur. Cum collocationem genetivi possessivi pronominum demonstrativorum apud Ar. perlustrarem, quadruplicem repperi genetivi cum regimine suo coniunctionem *: 1) aut genetivus articulo et nomini interponitur, 2) aut genetivus nomini, cum articulo coniuncto, postponitur, 3) aut genetivus articulo nominique praecedit, 4) aut denique genetivus cum articulo repetito nomini postponitur. Quarum constructionum usitatissima est prima: hac indicatur simpliciter, ut neutrum verbum prematur, aliquid esse alicuius; quem ordinem his locis inveni: E. 1082. Av. 466. L. 399. R. 964. 1526. Ec. 319. Pl. 119. 453. Alterius ordinis duo exempla exstant: P. 890 et L. 360. Nam quod Meinekeus in L. 852 ἀνὴρ ἐκείνης periculo suo pro ἀνὴρ ἐκείνης edidit idque Blaydesius probavit, procul dubio falsum est: nam ἀνὴρ praedicatum est (Cinesias enim, a Lysistrata σὺ δὲ τίς εἶ; interrogatus, ἀνήρ ἐκείνης (sc. εἰμί) respondet); praedicati autem nomen, etiamsi cum genetivo attributivo coniunctum est, articulo carere solet (v. Madvig. Synt. § 10, ann. 2). Longe alia ratio est tertii generis: nam genetivus nomini, unde pendet, tum demum praeponitur, cum genetivo sustinetur pondus orationis; qua de causa, ubicunque apud Ar. hic ordo invenitur, genetivus a nomine suo uno vel pluribus verbis interiectis seiungitur; qui loci sunt: A. 431 ναὶ Τήλεφον· τούτου δός ἀντιβολῶ σέ μοι τὰ σπάργανα „ero-το“. N. 592 φιμώσητε τούτου 'ν τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα. L. 680 ἀλλὰ τούτων χρῆν ἁπασῶν εἰς τετρημένον ξύλον. Th. 538 ταύτης ἀποψιλώσομεν τὸν χοῖρον. Quarti generis exemplum unum inveni V. 683 **.

Sed ut tandem redeat, unde defluxa est oratio mea, cur, quaeso, in illo Nubium loco τουτουί articulo nominis sui praeponatur? num quid ponderis in genetivum incumbit? Profecto nihil, sed tota sententiae vis in τὸν δῖνον inest, ut aut τὸν τουτουὶ δῖνον, aut τὸν

* De hac tota quaestione videndus est libellus Brauni «de collocatione verborum apud Thucydidem observationes» in «Jahresbericht über das Königliche Katholische Gymnasium zu Braunsberg in dem Schuljahre 1860—1861».

** Ad hanc quaestionem non pertinent hi loci: P. 1213 ἀπώλεσάς μου τὴν τέχνην καὶ τὸν βίον, καὶ τουτουὶ καὶ τοῦ δορυξοῦ 'κεινουί: nec enim τουτουί nomini adiunctum est; R. 563 et 568 τούτου τοὔργον: nam τούτου praedicatum est; Av. 922 τὴν δεκάτην ταύτης et Pl. 1111 τῷ κήρυκι τούτων: nam genetivi obiectivi sunt.

δ. τουτοὺ Ar., si hoc dicere voluisset, dicturus fuerit. Accedit, quod, ubi nomen pendet e praepositione, genetivus pronominis demonstrativi praepositioni antecedere debet; id quod in L. 680 vidimus; eundemque locum genetivus pronominis personalis obtinet, de quo v. Bachmann. p. 93.

Hic idem infortunatus locus etiam alius critici manum expertus est, magnum illum Bentleium dico. Is τοῦτ' in τότ', διά in Δία mutari iussit, ut esset „sed ego (stultus) credebam, Jovem esse Dinum hunc". Hanc viri praestantissimi coniecturam homines docti, alius alium, ut Panurgi grex, sequentes, certatim approbaverunt, quo in numero sunt Meinekeus et Kockius. Etiam G. Hermannus, qui tamen Bentleio obloquitur, hanc emendationem perelegantem praedicat. Ego vero tantum abest, ut eam perelegantem putem, ut ne Graece quidem dictam esse existimem. Evolve mihi Passovii lexicum in v. οἴομαι: frustra duplicem accusativum ei adiunctum quaeres: neque enim significatione verbi admittitur, quae est „opinari aliquid esse vel fore vel fuisse" (предполагать), non „habere aliquid pro aliqua re" (считать). Nec Aristophanis consuetudo loquendi ab aliis recedit: nam 1) acc. c. inf. ei adiungitur in: A. 1012. E. 407. 1175. N. 373. 1113. 1311. 1368. 1391. V. 295. 941. P. 704. 1236. Av. 986. L. 247. 465. 554. 763. 1149. Th. 526. R. 803. 1376. Ec. 280. 664. 950. 1036. Pl. 124. 267. 426. 489. 903. 1033. Huc pertinent etiam ii loci, ubi infinitivus auditur: A. 556. V. 1138. 2) inf. adiungitur in: E. 350. 413. 860. 1143. N. 1342. 1405. V. 515. 519. 634. 791. 901. L. 572. R. 934. Ec. 164. 168. 885. Pl. 114. 473. 834. 3) absolute ponitur in Th. 594, quo pertinet etiam R. 54 πῶς οἴει; 4) accusativus additur in: N. 1472. L. 463. 5) extra constructionem intericitur in: E. 429. N. 1112. 1185. Av. 75; addito ὡς in Th. 442. 6) responsum incipit in: P. 863. Th. 27. R. 491. Quibus expositis, cum satis mihi locum sanissimum a criticorum impetu defendisse videar, iam ad propositum redeamus.

V. 281 διὰ τὸν χθιζινὸν ἄνθρωπον — ὀδυνηθεὶς εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων.

Av. 493 χλαῖναν—ἀπώλεσα—διὰ τοῦτον, ubi de gallo gallinaceo tanquam de persona agitur.

Th. 864 δι' ἔμ'—ἔθανον, quod ex Euripidis Helena (v. 52) sumptum est.

R. 1051 αἰσχυνθείσας διὰ τοὺς σοὺς Βελλεροφόντας, de quo loco v. Bakhuyzen. p. 154.

Ec. 167 γυναῖκας—τοὺς ἄνδρας λέγεις;—δι' Ἐπίγονόν γ' ἐκεινονί. 972=975 διά τοι σὲ πόνους ἔχω.

c) E. 736 οὐχ οἷοί τ' ἐσμὲν διὰ τουτονί (σ' εὖ ποιεῖν).

N. 916 διὰ σ' οὐ φοιτᾶν οὐδεὶς ἐθέλει τῶν μειρακίων.

Pl. 168 ὁ—ἁλούς γε μοιχὸς διὰ σέ γ' οὐ παρατίλλεται.

2) *Rei* vel *abstracto* additum illud significat, *propter* quod aliquid fit („вслѣдствіе, по причинѣ, по, за") (a). Adiungitur autem non modo substantivo vel adiectivo (α), sed etiam infinitivo, propter additum articulum substantivi vicem gerenti (β), frequentissimeque pronomini generis neutri (γ). Tum denotat illud, quod aliquid fieri impedit (b). Ceterum insitam causam nusquam indicat nisi forte in Ec. 639, alibi adventiciam.

a, α) A. 8 φιλῶ τοὺς ἱππέας διὰ τοῦτο τοὔργον. 349 ὀλίγου—ἀπέθανον—διὰ τὴν ἀτοπίαν τῶν δημοτῶν. 378 ἅπαθον—διὰ τὴν πέρυσι κωμῳδίαν. 638 διὰ τοὺς στεφάνους—ἐκάθησθε. 640 ηὕρετο πᾶν ἂν διὰ τὰς λιπαράς. 917 φαίνεις — διὰ θρυαλλίδα, ubi libri partim διὰ θρυαλλίδας, partim θρυαλλίδας omisso διά praebent. V. Blaydes.

E. 535 διὰ τὰς προτέρας νίκας πίνειν ἐν τῷ πρυτανείῳ.

N. 377 κατακρημνάμεναι πλήρεις ὄμβρου δι' ἀνάγκην. 384 παταγεῖν διὰ τὴν πυκνότητα. 406 φέρεται σοβαρὸς διὰ τὴν πυκνότητα. 438 ἡ—ἀνάγκη με πιέζει διὰ τοὺς ἵππους — καὶ τὸν γάμον. 1066 πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ εἴληφε διὰ πονηρίαν.

V. 558 ὅς ἔμ' οὐδ' ἂν ζῶντ' ᾔδειν, εἰ μὴ διὰ τὴν προτέραν ἀπόφευξιν, quae formula notanda est. 607 ὅταν—με πάντες ἀσπάζωνται διὰ τἀργύριον. 1393 πράγματα — καὶ δίκας ἔχειν διὰ τὸν σὸν οἶνον. 1464 πολλοῦ δ' ἐπαίνου—τυχὼν— διὰ τὴν φιλοπατρίαν καὶ σοφίαν.

P. 172 πέντε τάλαντα—διὰ τὸν σὸν πρωκτὸν ὀφλήσει.

Av. 706 παῖδας—διὰ τὴν ἰσχὺν τὴν ἡμετέραν διεμήρισαν.

L. 592 μονοκοιτοῦμεν διὰ τὰς στρατιάς.

Ec. 639 ἄγξουσιν πάντα γέροντα διὰ τὴν ἄγνοιαν. Cf. Av. 577.

Pl. 131 (ἄρχει ὁ Ζεὺς τῶν θεῶν) διὰ τἀργύριον. 147 διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον δοῦλος γεγένημαι. 534 διὰ τὴν χρείαν καὶ τὴν πενίαν ζητεῖν, ὁπόθεν βίον ἕξει. Cf. E. 804. Pl. 1005.

Fr. 413 καὶ κολλύραν τοῖσι περῶσιν διὰ τοὺν Μαραθῶνι τροπαῖον, quod Kock., probata Bergkii coniectura γέρουσιν pro περῶσιν, vertit: „collyram (debemus vel donamus) senibus propter victoriam

Marathoniam". Alii, ut Elmsleius, Cobetus, Meinekeus, scribunt διὰ τοῦ Μ. τροπαίου — recte, ut videtur: nec enim credo, Aristophanem unquam ἐν Μαραθῶνι dixisse. Kockius negat quemquam capturum, quid sit περᾶν διὰ τοῦ τροπαίου; sed quis est tanta sagacitate, qui ex uno versu, eoque fortasse corrupto, de sententia loci liquido confirmare possit?

β) N. 1061 διὰ τὸ σωφρονεῖν — ἀγαθόν τι γενόμενον. 1067 τὴν Θέτιν—ἔγημε διὰ τὸ σωφρονεῖν.

R. 1490 (ἄπεισιν οἴκαδε) διὰ τὸ συνετὸς εἶναι.

Ec. 1156 διὰ τὸ γελᾶν κρίνειν ἐμέ. In libris legitur διὰ τὸν γέλων, quod metro adversatur; quare hic, ut in N. 916 et V. 1169, Dindorfius Atticis inauditam formam ζά proposuit. At hi omnes loci levi coniectura sanantur.

γ) διὰ ταῦτα: A. 652 διὰ ταῦθ' ὑμᾶς — τὴν εἰρήνην προκαλοῦνται.

N. 856 διὰ ταῦτα δὴ καὶ θοἰμάτιον ἀπώλεσας;

P. 892 διὰ ταῦτα καὶ κεκάπνικ' ἄρα.

Av. 42 διὰ ταῦτα — βαδίζομεν. 486 διὰ ταῦτ' ἄρα — διαβάσκει. 1351 διὰ ταῦτα—ἀνοικισθείς.

R. 1065 οὔκουν ἐθέλει—τριηραρχεῖν—διὰ ταῦτα.

Fr. 488, 9 διὰ ταῦτα—καλοῦνται μακάριοι.

διὰ τοῦτο: N. 354 ἔλαφοι διὰ τοῦτ' ἐγένοντο. 355 διὰ τοῦτ' ἐγένοντο γυναῖκες. 1200 διὰ τοῦτο προὐτένθευσαν ἡμέρᾳ μιᾷ. 1230 διὰ τοῦτ' ἔξαρνος εἶναι διανοεῖ;

V. 284 διὰ τοῦτ' ὀδυνηθεὶς εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων.

P. 411 διὰ τοῦτο—βούλοιντ' ἂν ἡμᾶς—ἐξολωλέναι. In transcursu liceat mihi hic Bachmannum refutare. Is enim totum hunc locum sic scribendum censet (p. 35):

Ἑρμ. ἵνα δὴ τί τοῦτο δρᾶτον; Τρυ. ὁτιὴ νὴ Δία
ἡμεῖς μὲν ὑμῖν θύομεν, τούτοισι δὲ
οἱ βάρβαροι θύουσι, διὰ τοῦτ' (vulg. θύουσι. διὰ τοῦτ') εἰκότως
βούλοιντ' ἂν ἡμᾶς πάντας ἐξολωλέναι,
ἵνα τὰς τελετὰς αὐτοὶ λάβοιεν τῶν θεῶν.

„Sic distinguendum esse h. l., inquit, facile apparet: neque enim cum Hermes quaesiverit, quo consilio (ἵνα δὴ τί) Luna et Sol illud faciant, Trygaeus recte ita potest respondere, ut afferat *causam*, quae cernitur *in rerum conditione*. Respondent verbis ἵνα δὴ

τί τοῦτο δρᾶτον; potius ea quae extrema dicit Trygaeus: ἵνα τὰς τελετὰς αὐτοὶ λάβοιεν τῶν θεῶν, inverso sententiarum ordine: ἵνα τὰς τελετὰς αὐτοὶ λάβοιεν τῶν θεῶν, βούλοιντ' ἂν ἡμᾶς πάντας ἐξολωλέναι (διὰ τοῦθ') ὁτιὴ ἡμεῖς ὑμῖν θύομεν (quippe qui vobis sacrificemus), τούτοισι δὲ οἱ βάρβαροι (sc. μόνοι) θύουσιν. Simillimam structuram vides Av. 112 sqq." etc. Hactenus Bachmannus. In his multa habeo quae reprehendam. Ac primum quidem causae et consilii notiones altera ad alteram tam prope accedunt, ut facile inter se permutentur: quo fit ut ἵνα δὴ τί non solum „quo consilio", sed etiam „quam ob rem" valeat (cf. Hesych. ἵνα τί· διὰ τί, εἰς τί) itaque interroganti recte responderi possit etiam, quare aliquid fiat: cf. Ec. 791 sqq., ubi viro quaerenti ἵνα δὴ τί; alter respondet: σεισμὸς εἰ γένοιτο πολλάκις κτλ., παύσαιντ' ἂν εἰσφέροντες. Atque is ipse locus, quo B. coniecturam suam confirmare sibi videtur, Av. 112 sqq., potius ei repugnat. Hic enim Epopi Euelpidem Pithetaerumque interroganti, qua de re secum colloqui velint (τίνος πέρι;), primo, qua de causa illum praecipue convenerint (ὅτι κτλ.), respondent, tum qua de re eum consulere velint (ταῦτ' οὖν κτλ.). Attamen prius enuntiatum, quod ab ὅτι incipit, non pendere ex eo, quod a ταῦτ' οὖν (v. 120) incipit, iam ex οὖν addito patet. Similiter hoc loco, de quo agitur, Trygaeus primo, quare Luna et Sol Graeciam barbaris prodant, tum cur id faciant, exponit. Atque ne hic quidem primum enuntiatum (ὁτιὴ κτλ.) e sequenti (διὰ τοῦτ' κτλ.) pendere, ut vult B., sed ad δρᾶτον, quod audiri debet, referendum esse (τοῦτο δρᾶτον ὁτιὴ κτλ.), inde apparet, quod neque Ar., neque alii comici unquam sententiam, ab ὁτιή incipientem, apodosi praeponunt, sed semper postponunt: cf. A. 1062. E. 181. 236. 360. 428. 780. 821. 1077. 1083. N. 1258. V. 786. 853. 1395. Av. 1010. L. 10. 442. R. 523. 557 (ubi causalis sententia primariae inserta est, ita tamen, ut praedicato postposita sit). 811. 1146. Pl. 324. Fr. com. (Mein.): Eup. 2, 551 (8). Aristomen. 2, 731 (3). Herm. 2, 407 (1, 11). Alexid. 3, 507 (9). Ephipp. 3, 339 (2). Mnesim. 3, 577 (1). Mnesim. 3, 569 (v. 9). Posidipp. 4, 513 (v. 4). Quemadmodum hoc loco, responsum ab ὁτιή incipit etiam in E. 29. 34. 343. 732. N. 756. 1046. P. 211. Th. 85. Pl. 1112. Recte igitur se habet vulgata lectio nec temere tentanda est.

Th. 166 διὰ τοῦτ' ἄρ' αὐτοῦ τὰ δράματ' ἦν καλά. 543 διὰ τοῦτο τιλλομένην με δεῖ δοῦναι δίκην ὑφ' ὑμῶν.

Pl. 700 ἤ πού σε διὰ τοῦτ'—ἐβδελύττετο. 1015 ἐτυπτόμην διὰ τοῦτο.

διὰ τουτογί: L. 147 διὰ τουτογὶ γένοιτ' ἂν εἰρήνη.

δι' αὐτὸ τοῦτο vel διὰ τοῦτο αὐτό: E. 180 δι' αὐτὸ— τοῦτο καὶ γίγνει μέγας. 780 οὐχὶ φιλεῖ σ' οὐδ' ἔστ' εὔνους,— ἀλλ' ἢ διὰ τοῦτ' αὔθ', ὁτιὴ κτλ.

N. 1038 ἐγὼ—ἥττων—λόγος δι' αὐτὸ τοῦτ' ἐκλήθην.

δι' αὐτό: N. 1063 ὁ—Πηλεὺς ἔλαβε δι' αὐτὸ τὴν μάχαιραν.

διὰ τί: N. 58 διὰ τί δῆτα κλαύσομαι;

Pl. 130 ἄρχει διὰ τί ὁ Ζεὺς τῶν θεῶν; 1111 διὰ τί δὴ ταῦτ' ἐπιβουλεύει ποιεῖν ἡμᾶς; ὁτιὴ κτλ., quem versum Meinekeus (Vind. p. 223) temere in suspicionem vocat, Bachmann. (p. 148) recte defendit.

b) L. 703 πέμψειν οὐκ ἔφασκον διὰ τὰ σὰ ψηφίσματα.

Th. 19 διὰ τὴν χοάνην οὖν μήτ' ἀκούω μήθ' ὁρῶ; 412 οὐδεὶς— γαμεῖν ἐθέλει γυναῖκα διὰ τοὔπος τοδί.

Fr. 323, 1 διὰ—τοῦτο—τοὔπος οὐ δύναμαι φέρειν σκεύη τοσαῦτα.

III. Commemorandus est is quoque usus, ex quo διά cum casu suo consilium agendi significat eamque rem indicat, cuius *causa* aliquid fit. Huc pertinet unus locus

L. 488—9 ἵνα—μὴ πολεμοῖτε δι' αὐτό (= τἀργύριον).—διὰ τἀργύριον πολεμοῦμεν γάρ; Mire Blaydesius hic praepositioni instrumentalem vim „per" assignat, cll. L. 936 aliisque locis (i. e. „на эти деньги"). Quasi quisquam dubitare possit, quin ad bellum gerendum pecunia opus sit! Quod si vellet Ar., sine dubio ἀπό dixisset. Verum tamen hic finalem notionem inesse („pecuniae causa"—„ради денегъ") e v. 490 luculentissime apparet: ἵνα γὰρ Πείσανδρος ἔχοι κλέπτειν χοἰ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες, ἀεί τινα κορκορυγὴν ἐκύκων. Οἱ δ' οὖν τοῦδ' οὕνεκα δρώντων κτλ.

IV. Ea autem vis, qua *instrumentum* notatur, in his exemplis praepositioni subiecta est.

P. 323 μηδαμῶς—πρᾶγμα κάλλιστον διαφθείρητε διὰ τὰ σχήματα.

L. 936 ἄνθρωπος ἐπιτρίψει με διὰ τὰ στρώματα.

Ec. 603 κἀκτήσατο γὰρ διὰ τοῦτο. 741 ἀναστήσασά μ' εἰς ἐκκλησίαν—διὰ τὸν ὄρθριον νόμον.

V. Restant duo loci, ubi in codicibus praepositio legitur, a recentioribus editoribus deleta est.

Av. 1753 δῖα δὲ πάντα κρατήσας καὶ πάρεδρον Βασίλειαν ἔχει Διός. Ita Meinekeus edidit ex Hauptii coniectura: nam in codicum

lectione διὰ σὲ τὰ πάντα κτλ. et proceleusmaticus offendit, neque σέ habet, ad quem referatur.

Pl. 148 διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον δοῦλος γεγένημαι, πρότερον ὢν ἐλεύθερος. Extrema verba Velsenus scripsit Heimreichio duce, qui, scholio usus, haec pro διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἴσως codicum reposuit. De qua coniectura bene iudicavit Bambergius (1869, p. 44—45): „Primo enim adspectu quanquam infelix abundantia verborum esse videtur ac splendidissima est Heimreichii coniectura, quae apud scholiastam legerentur Ravennatem: πρότερον ὢν ἐλεύθερος, haec verba Aristophanis esse rati, tamen tali auxilio critico abstinendum puto, quia [διὰ] μικρὸν ἀργυρίδιον cum sit „ut parvam mihi parem pecuniam" διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἴσως verba declarant, cur Cario omnino coactus sit servitute voluntaria parcum quaerere victum".

B. Διά, cum genetivo coniunctum,

I. 1) *Locum* significat, quem medium aliquis vel aliquid permeat, aut rem, *per* quam transit aliquid aut quae interposita est (ut διὰ τῆς ὀπῆς ἀκούειν). Interdum autem prope accedit ad notionem vocabuli ἐν: sed tamen aut amplior locus, aut tota regio intellegitur, aut plures eius partes. Quare dicitur de rebus in uno aliquo loco dissipatis, ut „per" Latinorum (v. Hand. Turs. IV, 429 sq.), nostrum „чрезъ, сквозь, по".

Av. 922 ἂν εἰσπέμψειεν εἰς τὸ νεώριον δι' ὑδρορρόας. 1226 λόγχη—ἐμπέπηγέ μοι δι' ὀστέων.

E. 527 διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει.

N. 161 διὰ λεπτοῦ—ὄντος αὐτοῦ τὴν πνοὴν—βαδίζειν. 325 χωροῦσι—διὰ τῶν κοίλων καὶ τῶν δασέων. 373 διὰ κοσκίνου οὐρεῖν. 583 βροντὴ—ἐρράγη δι' ἀστραπῆς, quod e Sophoclis Teucro sumptum esse scholiasta auctor est, unde Ernestius colligit, irridendi Sophoclis causa haec repetita esse, ut non bene dicta; significatur autem tonitru fulgure mixtum.

V. 127 ἐξεδίδρασκε διά τε τῶν ὑδρορροῶν καὶ τῶν ὀπῶν. 317 διὰ τῆς ὀπῆς ὑμῶν ἐπακούων. 349 διὰ τῶν σανίδων—περιελθεῖν, i. e. τῶν δρυφάκτων, ut schol. interpretatur, de quo v. Richteri prolegom. ad Vesp. p. 122.—379 ἐξάψας διὰ τῆς θυρίδος τὸ καλῴδιον, quod perperam Brunckius vertit „funem aptato *ad* fenestram": hoc enim esset ἐκ (vel ἀπὸ) τῆς θ.

P. 1232 διεὶς τὴν χεῖρα διὰ τῆς θαλαμιᾶς.

Av. 182 ὅτι—διέρχεται ἅπαντα' διὰ τούτου, καλεῖται νῦν πόλος. Hunc versum Mein. in editione, Cobetum secutus, suspectavit et ad marginem reiecit, postea in Vind. p. 86, sententia mutata, revocandum esse censuit. Ceterum pro διὰ τοῦτό γε, quod in vulgata lectione ad sequentia referebatur, Bergkius recte reposuit διὰ τούτου, quod e διέρχεται pendet. Nam a melioribus libris γέ abest additumque in deterioribus est, „ut numerorum damnum sarciretur. Nam ne ea quidem quae Dobraeo in mentem venerunt, διὰ τουτὶ vel διὰ δὴ τοῦτο καλεῖται νῦν πόλος, probari possunt. Etenim quem πόλον Pithetaerus dicit caelum est sive aer neque ullo modo dici potest διέρχεσθαι ἅπαντα" (Haupt. Opusc. v. II, p. 203). Praeterea dactylus in tertio pede ita incisus vix ferendus est, qua de re consule Rumpelium (Philologi v. XXVIII, p. 609). „Contra rectissimum est quod Bergkius invenit... Atque hoc ipsum legit vetus interpres" etc. (Haupt. ibidem).—192 διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους | τῶν μηρίων τὴν κνῖσαν οὐ διαφρήσετε, quem versum spurium esse et e v. 1218 repetitum recte indicavit Lentingius (v. Blaydes.). 215 χωρεῖ διὰ φυλλοκόμου σμίλακος ἠχώ. 219 διὰ δ' ἀθανάτων στομάτων χωρεῖ—ὀλολυγή. 557 διὰ τῆς χώρας—διαφοιτᾶν. 1173 διὰ τῶν πυλῶν εἰσέπτετο. 1218 διαπέτει διὰ τῆς πόλεως.

L. 133 διὰ τοῦ πυρὸς ἐθέλω βαδίζειν. 136 κἀγὼ βούλομαι διὰ τοῦ πυρός (i. e. βαδίζειν).

Th. 1069 μακρὸν ὡς ἵππευμα διώκεις—τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου, quae ex Euripide sumpta esse docet schol. 1099 διὰ μέσου—αἰθέρος τέμνων κέλευθον, quae item Euripidis sunt.

R. 124 ἔστιν ἀτραπὸς—ἡ διὰ θυΐας, ubi iocus est in ambigua significatione v. διά, quod et de via, et de instrumento dicitur. 243 ἡλάμεσθα διὰ κυπείρου καὶ φλέω. 1361 ἐλθέτω διὰ δόμων.

Pl. 714 σὺ δὲ πῶς ἑώρας;—διὰ τοῦ τριβωνίου. 1036 διὰ δακτυλίου—ἔμεγ' ἂν διελκύσαις.

Fr. 11 δι' ὀπῆς. 454 διὰ τῆς ἀγορᾶς τρέχων. 556 διὰ μέσου τεῖχος.

Locali sensu dicta est praepositio etiam in

V. 597 (anap.) διὰ χειρὸς ἔχων (ἡμᾶς), ubi διά non multum differt ab ἐν; quae locutio poetica esse videtur.

2) Huic usui simillimus is est, cum διά, nomini abstracto adiunctum, *statum* significat, in quo quis versatur.

R. 1412 δι' ἔχθρας οὐδετέρῳ γενήσομαι, quod idem fere est atque ἐχθρὸς οὐδ. γ.

Ec. 888 δι' ὄχλου τοῦτ' ἐστὶ τοῖς θεωμένοις, quod schol. ἐπιβαρές interpretatur.

II. Ad *tempus* tralatum, διά triplici sensu usurpatur: 1) illud temporis spatium significat, quod totum aliqua actio quasi explet vel percurrit, ubi Latini accusativum vel ablativum nominis, addito v. „totus", aut „per" cum acc. dicunt, nos item acc. nominis, addito v. „цѣлый", aut „втеченіе цѣлаго, всего"... dicimus. 2) Temporis intervallum indicat, quod est inter duas res: „post", „спустя". 3) Nomini ordinali adiunctum, aliquid semper, uno eodemque temporis spatio exacto, repeti declarat.

1) δ ι' ἡ μ έ ρ α ς: N. 1053 ἀεὶ δι' ἡμέρας λαλούντων.

V. 485 δέρεσθαι καὶ δέρειν δι' ἡμ.

P. 56 δι' ἡμ.—βλέπων.

R. 260 κεκραξόμεσθα—δι' ἡμ. 265 κεκράξομαι—δι' ἡμ.

Ec. 63 δι' ἡμ. ἐχραινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον.

δ ι' ἡ μ έ ρ α ς ὅ λ η ς: P. 27 τρίψας δι' ἡμ. ὅ.

Aliae locutiones:

V. 1058 ὑμῖν δι' ἔτους τῶν ἱματίων ὀζήσει δεξιότητος.

P. 398 θυσίαισιν—διὰ παντὸς—ἀγαλοῦμεν—ἀεί. De pleonasmo (nam διὰ π.=ἀεί) v. Bachmann. p. 153.

Fr. 13 διὰ νυκτός, quod idem esse ac δι' ὅλης νυκτός docet ipse Athenaeus, unde hoc fragmentum desumptum est. 569, 8 ἔστι δι' ἐνιαυτοῦ—λαβεῖν.

2) δ ι ὰ π ο λ λ ο ῦ χ ρ ό ν ο υ: V. 1476 ὡς ἔπιε διὰ π. χρ.

Pl. 1045 διὰ π. χρ.—ἑορακέναι.

δ ι ὰ χ ρ ό ν ο υ, quod et ipsum valet διὰ πολλοῦ χρ.: nam χρόνος haud raro praegnanti sensu usurpatur (v. Frohberger. ad Lys. 32, 5).

V. 1252 ἵνα καὶ μεθύωμεν διὰ χρ.

P. 570 τριαινοῦν τῇ δικέλλῃ διὰ χρ. τὸ γήδιον. 710 ἆρ' ἂν βλαβῆναι διὰ χρόνου τί σοι δοκῶ, ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, τῆς Ὀπώρας κατελάσας; quae Brunckius recte, διὰ χρ. ad κατελάσας relato, vertit: „numquid detrimenti capturus tibi videor, si longo post tempore Oporam subagitavero": itaque etiam schol. hunc locum intellexit, cum interpretaretur: ὅτι οἱ διὰ χρόνου ἐσθίοντες ὀπώραν πολλὴν βλάπτονται, καὶ οἱ συνουσιάζοντες συνεχῶς: noli credere Bachmanno, temere contendenti (p. 89), scholiastae διὰ χρ. et συνεχῶς eadem

esse: nam procul dubio συνεχῶς verbo πολλήν respondet: utrumque enim intemperantiam utriusque rei designat. Idem Bachm. nescio qua de causa Brunckii interpretationem ratione carere putat *. Quam autem ipse profert interpretationem, ridicula fere est: adeo inepta. „Quid voluerit poeta“, inquit, intellegitur ex eis, quae Mercurius respondet, prorsus neglecta ab interpretibus: οὐκ εἴ γε κυκεῶν' ἐπιπίοις βληχωνίαν, in quibus cum εἰ c. opt. aor. actionem significet tempore praeterito iteratam (Krüg. I. 54. 12. n. 5): „si, quotiescunque cum Opora concubueris, re patrata (ἐπι—) biberis misturam“ (cf. schol. 1169), necesse est διὰ χρόνου coniungatur cum v. κατελάσας et ita quidem, ut significet „interdum“ (von Zeit zu Zeit)“ etc. Haec explicatio, praeterquam quod omni sensu caret, etiam grammaticae legi adversatur. Num enim ignorat homo doctus, in hoc genere enuntiationum principalem sententiam non minus quam secundariam ad praeteritum tempus pertinere? Quid, malum, istud ad hunc locum? Plene enim sic dicendum erat: οὐκ ἂν βλαβῆναί τί μοι δοκεῖς, εἴ γε κ. ἐπιπίοις βλ. Idem aliam iniuriam huic loco infert (Philolog. V Suppl. p. 256). Nam cum Ar. alibi particulas εἴ γε seiungere soleat, hic quoque (coll. Dobraei Adv. crit. II, p. 187) scribi vult οὔκ, εἰ κυκεῶνά γ' ἐπιπίοις βλ. Atqui hanc particularum collocationem tuetur Pl. 1202 (quem sane ille mutandum censet) εἴ γε et Pl. 221 ἤν γε. Neque vero alii sic dicere dubitabant, e quibus haec mihi in promptu sunt: Thuc. 6, 18, 2; 8, 87, 4; Dem. 7, 8; 8, 16; Lys. 31, 27; Platonis locos collegit Astius in Lex. I, p. 601.—Praeterea aliud etiam vitium hoc loco inesse ait Bachmannus. Collatis enim A. 137. 966. 1035. N. 108. V. 298. (P. 907=908 M.). Av. 11. (816). L. 113. 115. 130. Pl. 924, colligit, in Mercurii responso ἄν desiderari; quare scribi vult: οὐκ ἂν κυκεῶνά γ' ἐπιπιών, quod quam violentum sit, nemo non videt. Attamen eorum, quos contulit, locorum et huius, de quo agitur, longe alia ratio est. In illis enim ἄν necessarium est, quia optativus simul auditur; in hoc ea particula nihil opus est: nam negatio ad indicativum δοκεῖς, quod auditur, pertinet (οὐ δοκεῖς ἂν βλ., εἴ...); οὐ δοκῶ ποιεῖν autem eodem modo dicitur atque οὐκ ἐῶ, οὔ φημι ποιεῖν. Sed ad propositum redeamus.

---

* Suspicor, Bachmannum „longo post tempore“ Brunckii ita accepisse, quasi esset „longo tempore post hoc tempus“: nec enim reprehenderet Brunckium, si intellexisset.

L. 904 κατακλίνηθι μετ' ἐμοῦ διὰ χρόνου.

Pl. 1055 διὰ χρόνου—παῖσαι.

3) Pl. 584 Ἕλληνας—ἀεὶ δι' ἔτους πέμπτου ξυναγείρει, qui versus tamen plerisque recentioribus, Cobeto praeeunte, subditicius videtur, quod dubito. Nam quod facile abesse potest, num ob hanc unam causam versus, nulla ex parte vitiosus, expellendus est?

III. Porro, διά *instrumentum* significat, quo aliquis ad rem perficiendam utitur, sive id persona (1) sive res (2) est: „per", „чрезъ, посредствомъ".

1) E. 176 διὰ σοῦ ταῦτα πάντα πέρναται.

Av. 1028 ἔστιν—ἃ δι' ἐμοῦ πέπρακται Φαρνάκῃ.

L. 570 διενεγκοῦσαι διὰ πρεσβειῶν τὸ μὲν ἐνταυθὶ τὸ δ' ἐκεῖσε.

2) E. 1016 ἴαχεν—διὰ τριπόδων ἐριτίμων, ubi v. Kock.

Av. 211 οὓς (= νόμους ὕμνων) διὰ θείου στόματος θρηνεῖς. 744 δι' ἐμῆς γένυος ξουθῆς μελέων—νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω.

Th. 127 κίθαριν,—τᾷ φάος ἔσσυτο δαιμονίοις θεοῦ ὄμμασιν ἁμετέρας τε δι' αἰφνιδίου ὀπός „per quam et per nostram vocem subitam fulgor emicat divinis ex oculis". Aliter Bachm. p. 120. Tamen locus obscurus et fortasse corruptus est.

R. 61 δι' αἰνιγμῶν ἐρῶ, ubi v. Kock.

IV. Postremo loco ponam dictionem adverbialem

V. 929 ἵνα μὴ κεκλάγγω διὰ κενῆς ἄλλως ἐγώ „in vanum frustra". De pleonasmo (διὰ κενῆς=ἄλλως) cf. Bachmann. p. 153.

ΚΑΤΑ.

De forma. Ar. semper forma κατά utitur, nisi quod in R. 1212 (qui versus Euripidis est) κάτα per anastrophen dixit (Παρνασὸν κάτα) et in L. 1259, ubi Lacedaemonios loquentes facit, Doricam formam κάτ scripsisse videtur (καττῶν), quae recte et a vv. dd. pro κατὰ τῶν et κατῶν librorum restituta est, et in codice ℵ (κὰτ τῶν) exarata est, ut ait Blaydesius.

De usu. In *tmesi* sex locis legitur, quorum tres (A. 295. L. 262. 263) in chori carminibus inveniuntur, unus (P. 1092) in hexametro, ex Homero desumpto (cf. Il. 1, 464), unus (R. 1047) in anapaestis, quos Aeschylus dicens inducitur, unus denique (Av. 1456) in senario, ubi sine dubio lyricam dictionem imitatur.

Ceteris omnibus locis cum accusativo aut genetivo casu coniungitur, cum illo 142, cum hoc 26-ies.

A. Κατά, cum accusativo coniunctum,

I. *Locali* sensu

1) *Rem* vel *iter* significat, *per quod linea recta aliquid movetur*, ut κατά c. acc. interdum nihil fere differat a διά c. gen. („чрезъ").

N. 158 τὰς ἐμπίδας κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν ἢ κατὰ τοὐρροπύγιον, ubi non instrumentum, sed locus, per quem sonus transit („чрезъ"); indicatur.

V. 141 ἄθρει, κατὰ τῆς πυέλου τὸ τρῆμ' ὅπως μὴ 'κδύσεται. 398 ἀνάβαιν' ἀνύσας κατὰ τὴν ἑτέραν, quod est „alia via" vel, ut schol. V interpretatur, διὰ τοῦ ἑτέρου μέρους.

Av. 1208—1210 κατὰ ποίας πύλας εἰσῆλθες;—οὐκ οἶδα,—κατὰ ποίας πύλας: de eadem re in v. 1173 διὰ τῶν πυλῶν εἰσέπτετο dixit.

2) Κατά c. acc. significat, *aliquid per aliquod spatium patere vel diffusum esse*, sive e movendi verbo pendet, sive e quiescendi „per", „по"; interdum autem, notione patendi debilitata, eodem fere sensu, quo ἐν c. dat., dicitur (ut in Av. 698. L. 999).

A. 195 κατὰ γῆν τε καὶ θάλατταν (σπονδαί). 202 et 250 τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια. 942 κατ' οἰκίαν τοσόνδ' ἀεὶ ψοφοῦντι (cf. A. 1174. V. 1180. 1181. P. 88. Th. 402). 1174 δμῶες, οἳ κατ' οἶκόν ἐστε.

E. 433 ἀφήσω κατὰ κῦμ' ἐμαυτὸν οὔριον. 1354 οὐχὶ κατὰ χώραν μενεῖς, de qua locutione Kusterus ad Pl. 367 haec annotavit: „κ. χώραν εἶναι Graecis proprie dicitur de re, quae in loco praescripto et debito sita est, neque extra eum sese movet. [cf. Xen. Oec. 10, 10]. Metaphor. autem significat, quietum et sedatum esse". Vide etiam Thomaschewskii disputationem de praep. κατά vi et usu p. 23, qui hanc locutionem cum illo Horatii „certa sede manet" confert. Eadem dictio recurrit in R. 793 et Pl. 367.

N. 1003 στωμύλλων κατὰ τὴν ἀγοράν (cf. L. 558. Th. 578. Fr. 387).

V. 361 διαταξάμενοι κατὰ τὰς διόδους (cf. Ec. 693). 1180—1 οἵους λέγομεν—τοὺς κατ' οἰκίαν (μύθους).—τῶν—κατ' οἰκίαν (μύθων), ubi κατ' οἰκ. fere genetivi attributivi vel adiectivi vice fungitur („domesticus"). Cf. Ec. 557. V. Bernhardii Synt. p. 241.

P. 88 κατ' οἴκους—μεῖνον, quem versum una cum proximis, a Mein., Hamakero duce, eiectum, Aristophani vindicavit Kockius

Verisimilium articulo LXXXXVI, cum vv. 87—89 paulum immutatos, post v. 97 collocari iuberet *. Bergkio post v. 91 transponendi videntur. 827 κατὰ τὸν ἀέρα πλανώμενον. 832 οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι, κατὰ τὸν ἀέρα ὡς ἀστέρες γιγνόμεθα, ubi in Meinekei exemplari cum sententiae interitu commate post ἀέρα distinctum est.

Av. 238 κατὰ κήπους—νομὸν ἔχει. 240 τὰ—κατ' ὄρεα, i. e. νομὸν ἔχοντα (idem in Th. 993). 698 χάει—μιγεὶς—κατὰ τάρταρον. 1014 κεκίνηνταί τινες πληγαὶ συχναὶ κατ' ἄστυ (cf. Bachm. p. 70).

L. 261 γυναῖκας, ἃς ἐβόσκομεν κατ' οἶκον. 558 περιέρχονται κατὰ τὴν ἀγοράν. 999 ταὶ κατὰ Σπάρταν—γυναῖκες (Laconis verba sunt).

Th. 402 κατὰ τὴν οἰκίαν πλανωμένη. 578 πρᾶγμα κατ' ἀγορὰν λαλούμενον. 783 βάσκετ' ἐπείγετε πάσας καθ' ὁδούς (idem in 1173). 993 χοροῖς τερπόμενος κατ' ὄρεα. 1173 ἅ σοι καθ' ὁδὸν ἔφραζον, ubi locutioni etiam quaedam temporalis vis subiecta est. 1180 ἐλαπρός, ὥσπερ ψύλλο κατὰ τὸ κώδιον (Scythae verba sunt).

R. 219 χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος, quod perperam Brunckius vertit „ad meum lucum venit". Sed recte Kockius istud τέμενος ipsas Λίμνας fuisse interpretatur. Verte igitur „per meum agrum". 793 ἕξειν κατὰ χώραν. 1212 Παρνασὸν κάτα πηδᾷ, qui versus Euripidis est. 1313 κατὰ γωνίας εἱλίσσετε - πηνίσματα.

Ec. 83 ἕως ἔτ' ἐστὶ τἄστρα κατὰ τὸν οὐρανόν. 557 τῶν κατὰ πόλιν πραγμάτων, quod nihil aliud est nisi τῶν τῆς π. πρ. 693 κατὰ τὰς διόδους προσπίπτουσαι.

Pl. 367 οὐδὲ τὸ βλέμμ' αὐτὸ κατὰ χώραν μένει. Cf. Bamberg. 1885, p. 17.

Fr. 379 εἰς τὴν Πάρνηθα—φροῦδαι κατὰ τὸν Λυκαβηττόν, ubi tamen Dindorfius καί, Kockius κάς dubitanter proposuit. 387, 3 τῶν κατ' ἀγορὰν πραγμάτων. 388, 2 αἰδὶ κατ' αὐτὴν—τὴν εἴσοδον (i. e. εἰσί) „in hoc ipso introitu", nisi potius „iuxta h. i. introitum" vertendum est, coll. N. 326.

3) Deinde κατά significat, aliquid contrarium vel coram vel e regione („насупротивъ") alicui adstare, ut in

R. 626 ἵνα σοὶ κατ' ὀφθαλμοὺς λέγῃ „ut coram te dicat" „въ лицо", ad verbum „ob oculos". V. Thes. v. IV, p. 1014.

---

* Ceterum, cur Kockius librum suum „Veri similia" inscripserit, non intellego; mallem „non veri similia".

4) Tum κατά c. acc., verbis, motum significantibus, adiunctum, eam rem denotat, quam quis assequi studet, et Rossice „за“ („по“), „въ“ etc. verti potest.

P. 1050 κατὰ τὴν κνῖσαν εἰσελήλυθεν „ad nidorem ingressus est“ „вошелъ *на* запахъ“.

Av. 1178 περιπόλους πέμψαι κατ' αὐτόν „eius vestigiis“, i. e. „ad investigandum eum“ „за нимъ, по немъ“.

Th. 1226 τρέχε νυν κατὰ τοὺς κόρακας ἐπουρίσας, quod ab ἐς κόρ. non multum differe videtur. Sed tam insolita locutio est, ut vix dubitari possit, quin non a poetae manu profecta sit, cum praesertim versus uno pede claudicet. Nec mala est Bachmanni coniectura (Phil. V Suppl. p. 254): τρέχε νυν κατὰ τάχος ἐς κόρακας ἐπουρίσας, qua etiam articulus abundans tollitur.

II. Ad *tempus* tralatum, de eo temporis spatio dicitur, in quod aliqua actio incidit: „во время“.

V. 772 ἢν ἐξέχῃ ἕλη κατ' ὄρθρον.

P. 941 ἕτερον—ἑτέρῳ—κατὰ καιρὸν ἀπαντᾷ „opportuno tempore“ „вó-время“.

Ec. 288 ἐνδυόμεναι κατὰ σκότον τόλμημα τηλικοῦτον, quae locutio, ut in Soph. Phil. 578, „clam“ significare videtur, non „in tenebris“, ut Brunckius vertit. Mecum facit etiam schol., qui hunc locum καταδυόμεναι εἰς τηλικαύτην τόλμαν λάθρα interpretatur.

Fr. 561, 1 κατὰ νύκτα—φλόγ' ἀνασειράζεις.

III. Quoniam de locali et temporali significatione dixi, ad *metaphoricum* usum transeamus.

1) Ordiamur igitur ab ea notione, quae vulgo *distributiva* vocatur, quae apparet, ubi de multitudine in partes divisa agitur ubique nos „по“ dicimus.

V. 718 ἔδοσαν—πέντε μεδίμνους καὶ ταῦτα—ἔλαβες κατὰ χοίνικα. 1107 ξυλλεγέντες—καθ' ἑσμούς.

Av. 996 (τὸν ἀέρα) διελεῖν—κατὰ γύας.

R. 802 κατ' ἔπος βασανιεῖν—τὰς τραγῳδίας. 1198 κατ' ἔπος—κνίσω τὸ ῥῆμ' ἕκαστον. 1407 μηκέτ' ἔμοιγε κατ' ἔπος, ubi Kockius perperam κρίνῃς τὴν ποίησιν ἡμῶν simul audiri iubet: nam ut e καθήσθω (1409) satis apparet, etiam hic verbum tertiae personae audiendum est. Recte igitur reddit Brunckius: „nec mecum amplius singulis versibus certet“.

Fr. 79 κατὰ στοίχους κεκράξονταί τι βαρβαριστί.

Huc faciunt ii quoque loci, quibus κατά nominibus numeralibus adiunctum est, quo sensu Latine nomina numeralia distributiva usurpantur.

V. 669 δωροδοκοῦσιν κατὰ πεντήκοντα τάλαντα „quingena t.". 716 σῖτον—κατὰ πεντήκοντα μεδίμνους ποριεῖν.

Av. 1079 τοὺς σπίνους πωλεῖ καθ' ἑπτὰ τοὐβολοῦ.

Th. 811 κλέψασα – κατὰ πεντήκοντα τάλαντα.

Eodem pertinent locutiones, ad tempus spectantes, ubi aliquid singulis diebus, mensibus, annis etc. fieri dicitur; interdum ἕκαστος additur.

E. 1101 ποριῶ—βίον καθ' ἡμέραν. 1126 βρύλλων τὸ καθ' ἡμέραν, quod Berglerus, coll. Eur. Ion. 123 et El. 183, adverbiali sensu accipit, ut sit „potitare in dies"; rectius Kockius, coll. Is. 12, 179, „victum quotidianum" interpretatur.

N 756 κατὰ μῆνα τἀργύριον δανείζεται, quod vulgo „in singulos menses" recte vertunt; vehementissime erravit Kockius, qui hanc scripsit notam: „κατὰ μῆνα mondenweise, zu 17. μήν Mond und Monat": nunquam enim, quod sciam, μήν lunam, sed mensem valet. 1287 κατὰ μῆνα καὶ καθ' ἡμέραν πλέον — τἀργύριον ἀεὶ γίγνεται.

Pl. 596 δεῖπνον κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν. 1031 οὔκουν καθ' ἑκάστην ἀπεδίδου τὴν νύκτα σοι;

Postremo loco ponam κατὰ μικρόν, quod fere adverbii significationem accepit („paulatim, minutatim").

N. 741 κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα.

V. 702 τοῦτ' ἐρίῳ σοι ἐνστάζουσιν κατὰ μικρόν.

2) Huic usui, de quo modo dixi, proximus is est, ubi, praepositione pronomini reflexivo aut v. ἕκαστος addita, significatur, aliquem, a ceteris segregatum, *seorsum* aliquid facere („самъ по себѣ, отдѣльно").

A. 1019 et N. 1263 κατὰ σεαυτόν νυν τρέπου, quod Bernhardius (Synt. p. 241) apte cum κατὰ σαυτὸν ἕλα comparat. Cuius formulae sensum idem esse atque in illo Plautino „tu abi tacitus tuam viam" recte docuit Brunckius. Nec valde ab hoc dissimile est, quod in Av. 12 legitur οἴμοι. σὺ μέν, ὦ τᾶν, τὴν ὁδὸν ταύτην ἴθι (Elmsl.). Cf. V. 1493.

E. 513 χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν „sibimet ipse".

N. 194 (ὁ πρωκτὸς) αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἀστρονομεῖν διδάσκεται.

V. 786 κατ' ἐμαυτὸν κοὐ μεθ' ἑτέρου λήψομαι. 1021 κινδυνεύων καθ' ἑαυτόν. 1493 κατὰ σαυτὸν ὅρα, quod analogia κατὰ σαυτὸν ἔλα dictum videtur; sensum autem recte Brunck. reddidit: „quo in loco te moveas, vide".

Av. 564 προσνείμασθαι—τοῖσι θεοῖσιν τῶν ὀρνίθων ὃς ἂν ἁρμόττῃ καθ' ἕκαστον.

Ec. 837 ὅπως ἂν ὑμῖν τύχῃ κληρουμένοις φράσῃ καθ' ἕκαστον ἄνδρ' ὅπου δειπνήσετε.

Huc fortasse referendus est locus perobscurus

E. 504 παντοίας—μούσης πειραθέντες καθ' ἑαυτούς, de quo v. Mein. Vind. p. 57.

3) Tertia notio κατά praepositionis est *causalis*, quae nonnullis locis tam prope ad finalem accedit, ut non facile sit diiudicare, utro sensu dicta sit praepositio (velut N. 239. P. 192. Av. 916. Ec. 542). Itaque uno loco omnia, quae huc spectant, exempla afferamus. Plerumque κατά pronomini interrogativo neutri generis (V. 1062 autem corruptus est), ter substantivo abstracto adiunctum invenimus. Ceterum κατά c. acc. his similibusque locis nihil differre ab ἕνεκα c. gen. apparet e N. 238 — 239 et Ec. 559, ut de aliis taceam.

κατὰ τί: N. 239 ἦλθες—κατὰ τί;—βουλόμενος μαθεῖν λέγειν.

P. 192 ἥκεις—κατὰ τί; - τὰ κρέα ταυτί σοι φέρων.

Av. 916 κατὰ τί δεῦρ' ἀνεφθάρης; μέλη πεποίηκα κτλ.

Ec. 542 αἱ — Λακωνικαὶ ᾤχοντο μετὰ σοῦ κατὰ τί χἠ βακτηρία; 559 μακαρία—ἡ πόλις ἔσται τὸ λοιπόν.—κατὰ τί; — πολλῶν οὕνεκα. 604 ἀλλ' οὐδέν τοι χρήσιμον ἔσται πάντως αὐτῷ.—κατὰ δὴ τί;

Aliae locutiones:

E. 1370 οὐδεὶς κατὰ σπουδὰς μετεγγραφήσεται „studiis fautorum". Cum hoc loco Kockius apte confert Antiphontis 6, 41, ubi διὰ τὴν ἐμὴν σπουδὴν legitur.

V. 1062 κατ' αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ' ἄνδρες ἀλκιμώτατοι. Ita Porsonus corruptum versum emendavit. Tamen sententia admodum ieiuna est, ut verear, ne gravior corruptela lateat. V. Reisigii Coni. p. 136.

P. 133 ἦλθεν κατ' ἔχθραν ἀετοῦ.

R. 109 τήνδε τὴν σκευὴν ἔχων—κατὰ σὴν μίμησιν.

4) Nec multum ab hac notione differt notio *convenientiae*, ubi aliquid alicui rei consentaneum esse vel convenienter fieri dicitur („согласно съ, по“).

A. 591 οὐ—κατ' ἰσχύν ἐστιν. 727 τὴν στήλην, καθ' ἣν ἐσπεισάμην (cf. Av. 1050). 1000 κατὰ τὰ πάτρια—πίνειν „more patrio“.

E. 147 προσέρχεται ὥσπερ κατὰ θεόν, ut Cobetus librorum scripturam κατὰ θεῖον emendavit, qua de re v. Kock. ann. 499 πράξειας κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν „ex animi mei sententia“ (cf. E. 549. P. 762. 940). 549 κατὰ νοῦν πράξας.

N. 619 τῆς ἑορτῆς μὴ τυχόντες κατὰ λόγον τῶν ἡμερῶν, i. e. κατὰ τάξιν, ut ex antiquis interpretibus nescio quis explicat: „iuxta statum dierum ordinem“. 626 κατὰ σελήνην—ἄγειν—τοῦ βίου τὰς ἡμέρας. 651—2 ὁποῖός ἐστι τῶν ῥυθμῶν κατ' ἐνόπλιον, χὠποῖος αὖ κατὰ δάκτυλον. — κατὰ δάκτυλον;

P. 762 πράξας κατὰ νοῦν. 940 (πάντα) χωρεῖ κατὰ νοῦν.

Av. 544 κατὰ δαίμονα καί τινα συντυχίαν ἀγαθὴν ἥκεις. 1050 ἐάν — τις τοὺς ἄρχοντας μὴ δέχηται κατὰ τὴν στήλην. 1650 τῶν— πατρῴων οὐδ' ἀκαρῆ μέτεστί σοι κατὰ τοὺς νόμους (cf. Ec. 216. 759. 944. 987. 988. 1077).

R 371 ἀνεγείρετε μολπὴν κατὰ παννυχίδας τὰς ἡμετέρας, αἳ τῇδε πρέπουσιν ἑορτῇ „excitate cantum nostris pervigiliis accommodatum“. Κατά Meinekei (Vind. p. 165) coniecturae debetur, qui, Hamakero praeeunte, in librorum scriptura καί offendit, cum ineptum esse, quod pervigilia excitari dicerentur, recte intellegeret. Ei Kockius et Velsenus consentiunt. Qua mutatione facta, fere necessarium est ea, quae sequuntur, sic refingi: τὴν τῇδε πρέπουσαν ἑ. (ita Halmius; nam Meinekei ipsius καὶ τ. πρέπουσαν ἑ. vix ferri potest). Videsne, quanta vis sit mutationum in uno versu? Mihi vero tradita lectio non ita inepta videtur. Sane per se ipsum ἀνεγείρειν cum παννυχίδας vix coniungi potest; neque vero cum hoc est coniunctum, sed cum μολπήν; ad παννυχίδας autem per zeugma verbum universae notionis (ut ποιεῖν) ab ἀνεγείρετε petendum est, quod in carmine nihil offensionis habet.

Ec. 114 ἡμῖν—ὑπάρχει τοῦτο κατὰ τύχην τινά. 153 οὐκ ἐάσω κατά γε τὴν ἐμήν, ubi γνώμην simul audiri iubet schol. 216 τἄρια βάπτουσι θερμῷ κατὰ τὸν ἀρχαῖον νόμον. 688 (τὸ γράμμα) καθ' ὃ δειπνήσει. 759 ἀποφέρειν αὐτὰ—κατὰ τοὺς δεδογμένους νόμους. 944 κατὰ τὸν νόμον ταῦτα ποιεῖν. 987 κατὰ τὸν ἐν πεττοῖς νόμον (εἰσάγειν).

988 ἐδείπνεις κατὰ τὸν ἐν πεττοῖς νόμον. 1013 ψήφισμα, καθ' ὅ σε δεῖ βαδίζειν ὡς ἐμέ (cf. 1089). 1077 ἐμοὶ — ἀκολουθεῖν σε δεῖ κατὰ τὸν νόμον. 1089 τουτὶ τὸ πρᾶγμα κατὰ τὸ Καννωνοῦ—ψήφισμα.

Pl. 523 οὐδ' ἔσται—ἀνδραποδιστὴς κατὰ τὸν λόγον, ὃν σὺ λέγεις, ubi Beckius, Eckardium reprehendens, qui λόγον explicat „modum, rationem" (ita Brunckius quoque vertit), ipse rectius interpretatur „ex iis quae tu dixisti".

Agmen claudant duo loci, quibus κατά neutro adiectivi vel pronominis adiunctum est.

A. 622 πολεμήσω καὶ ταράξω—κατὰ τὸ καρτερόν „quantum potero".

Pl. 912 τὴν—πόλιν εὐεργετεῖν—καθ' ὅσον ἂν σθένω.

5) Paulo latiore sensu („respectu", „по отношенію") dictum videtur κατά in

R. 1162 καθ' ὅ τι δὴ λέγεις (i. e. ἄριστα ἔχειν τὸ ἰαμβεῖον τῶν ἐπῶν), quod Kockius Germanice „in welcher Hinsicht" reddit.

6) Eadem convenientiae notio etiam tum praepositioni subiecta est, cum κατά cum acc. personae vertimus „ut ait".

Av. 807 ταυτὶ—ᾐκάσμεσθα κατὰ τὸν Αἰσχύλον. 910 et 914 Μουσάων θεράπων ὀτρηρὸς κατὰ τὸν Ὅμηρον. Postrema verba iam veteres pro glossemate habuerunt, ut e scholio patet; sed satis a Meinekeo (Vind. p. 103) et Kockio defensa sunt.

Th. 134 κατ' Αἰσχύλον ἐρέσθαι βούλομαι.

Fr. 599 ἐκφέρετε πεύκας κατ' Ἀγάθωνα φωσφόρους „ut verbis Agathonis utar".

7) Ex eadem significatione convenientiae orta est ea, ubi κατά, plerumque cum acc. personae coniunctum, *similitudinem* atque *imitationem* alicuius denotat.

N. 534 Ἠλέκτραν κατ' ἐκείνην ἥδ' ἡ κωμῳδία ζητοῦσ' ἦλθε „ut El. illa". 971 τὰς κατὰ Φρῦνιν ταύτας (i. e. τὰς καμπάς) „exemplo, auctoritate Phrynidis invectas" (cf. Plat. Phaedr. 227 D κατὰ Ἡρόδικον προσβάς, quod Stallbaumius vertit „Herodici exemplo et auctoritate").

V. 531 μὴ κατὰ τὸν νεανίαν τόνδε λέγων „non ita, ut adolescens iste".

Av. 919 (μέλη) κατὰ τὰ Σιμωνίδου „facta ad exemplum carminum S." 1001 ἀήρ ἐστι τὴν ἰδέαν—κατὰ πνιγέα „furni instar".

R. 463 καθ' Ἡρακλέα τὸ σχῆμα καὶ τὸ λῆμ' ἔχων „по-геракловски". 500 κατὰ σὲ τὸ λῆμ' ἔχων.

Ec. 920 δοκεῖς δέ μοι κἂν λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους, quod dictum est pro λειχάζειν κ. τ. λ. „ut Lesbii".

8) Postremo afferam locutiones adverbiales, quibus *modus rationque* agendi significatur.

N. 663 τήν τε θήλειαν καλεῖς ἀλέκτορα κατὰ ταὐτὸ καὶ τὸν ἄρρενα. Ἀλέκτορα Meinekeus de coniectura pro ἀλεκτρυόνα codicum scripsit, ne anapaestus tribrachum exciperet (qua de re v. Bachmann. p. 59). Quae coniectura procul dubio falsa est. Mitto enim, quod Socrates eodem verbo, quo ipse Strepsiades, uti debuit (hic autem dixit ἀλεκτρυών in v. 661), id quod in v. 664 eum facere videmus: sed ἀλέκτορα hic pro ἀλεκτρυών Strepsiadis nequaquam reponere potuit: hoc enim commune est, illud masculinum; Socrates autem Strepsiadem reprehendit, non quod perperam verbo usus sit, sed quod uno eodemque nomine duas res diversas vocaverit. Praeterea Meinekeus, perinde atque Ulyxes, incidit in Scyllam, dum vult vitare Charybdim: nam ea tribrachi incisio, qua ictus in ultimam vocabuli hyperdisyllabi cadit, praeter formulam praeconum ἀκούετε λεῴ et adverbia αὐτίκα μάλα, ubi legitima est, invenitur tribus tantum locis apud Ar.: N. 884 ὃς τἄδικα λέγων, qui versus a plerisque recentioribus editoribus etiam alia de causa damnatus est (V. Kockii praef. Nubium § 40), L. 52 ἀσπίδα λαβεῖν, Fr. 320, 14 ὑποδερίδας, ἑλικτῆρας, qui fortasse aliqua ex parte excusari possunt. Ceterum de hac tota quaestione vide egregiam Bachmanni disputationem in Phil. V Suppl. pp. 248—254. Aliam viam iniit G. Hermannus. Is pro κατά proposuit καί, quo sententiam prorsus obscuravit ac depravavit. Nec enim quemquam negaturum puto, verbis τήν τε θήλειαν opponi καὶ τὸν ἄρρενα, quae ratio Hermanniano καί illato prorsus evertitur. Neque alii meliore fortuna usi sunt, neque Porsonus, qui ἀλεκτρυῶ coniecit, quod ut tragicum optimo iure improbat Hanovius (p. 107), neque ipse Hanovius, qui, unius codicis scriptura usus, ἀλεκτρυών in recto casu scribi iubet, quod nimis soloecum videtur: cf. v. 678. Quid multa? Videsne, librorum lectionem, ad sensum quidem et grammaticam, longe omnibus virorum doctorum commentis praestare? Errat enim Hanovius, qui l. c. cum alia tum haec dicit: „Cum hoc pacto ita coniungi verba oporteret: τήν τε θήλειαν καλεῖς ἀλεκτρυόνα καὶ τὸν ἄρρενα κατὰ ταὐτό, supervacanea essent haec ipsa verba: κατὰ ταὐτό. At vero, quoniam verba κατὰ

ταὐτό antecedunt his: καὶ τὸν ἄρ., vocabulum καί necesse est ex illis aptum censeatur, hac sententia: feminam nuncupas ἀλεκτρυών *pariter ac* marem; quod si est, falsa est τέ particula... Quocirca... τήν γε θήλειαν scribatur oportet." Haec Hanovius. Nec vero intellexit vir eruditissimus loci structuram. Nam verbo αὐτός res comparatae saepe per τέ—καί particulas adiunguntur, cuius rei mihi duo exempla in promptu sunt: Xen. Mem. 1, 6, 2 ἱμάτιον ἠμφίεσαι—τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος, et Soph. Phil. 119 σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα. Itaque nostrum versum ita vertendum Rossice existimo: „ты одинаково и самку называешь ἀλεκτρυών, и самца." Sed quid illa lege metrica faciamus? Equidem puto, hanc legem non esse contra proverbium sine exceptione, atque, si Platoni comico licuit proceleusmatico uti in notissimo illo versu: οὗτος τίς εἶ; λέγε ταχύ· τί σιγᾷς; οὐκ ἐρεῖς; cur non idem licuisse putamus Aristophani? Ceterum Reisigius censebat, Aristophanis versum inde excusationem habere, quod in altero pede collocatus tribrachus certe vocabuli fine terminetur; hoc enim modo item oriri caesuram (v. Hanov. l. c.). Ἀλλ' εἰς τὸ πρόσθεν!

Av. 451 δολερὸν – κατὰ πάντα δὴ τρόπον πέφυκεν ἄνθρωπος „omni modo".

L. 1224 ὅπως ἂν οἱ Λάκωνες ἔνδοθεν καθ' ἡσυχίαν ἀπίωσιν εὐωχημένοι.

Th. 525 εἰπεῖν κατὰ τὸ φανερόν.

Ec. 48 καί μοι δοκεῖ κατὰ σχολὴν παρὰ τἀνδρὸς ἐξελθεῖν μόνη. Inter hh. dd. nondum convenit, quid sibi velit illud κατὰ σχολήν. Blaydesius enim, scholiastae et Suidae auctoritatem secutus, qui hoc μόλις ἢ ἀψοφητί interpretantur, „vix, cum negotio" vertit atque μόνη sensu „incomitata, sine ancilla aut pedissequa" accipit. Contra Brunckio κατὰ σχ. „otiose" videtur esse, eique prorsus assentior. Dubito enim, an nunquam κατὰ σχολήν eadem sit potestate, qua σχολῇ „vix", ut vult Blaydesius, alterius autem significationis permulta exempla vel in lexicis afferuntur. Accedit, quod de ancillis vel pedissequis nulla fit in fabula mentio, ut ceterae quoque mulieres solae venire videantur (qua re motus Velsenus μόλις pro μόνη coniecit). At Brunckii interpretatione accepta, omnia erunt plana: nam cum ceterae mulieres aegre a viris exierint, haec una omnium otiose exisse dicitur (Rossice: „ушла на досугѣ", i. e.

„имѣла досугъ, чтобъ уйти“). Unde autem hoc mulier collegerit, profecto scire non possumus; sed, si quid video, ex eo, quod Melisticha iam calceata virilibus calceis venit (v. 47 σπεύδουσαν ἐν ταῖς ἐμβάσι), cum ceterae id faciendi tempus non haberent manibusque eos attulisse videantur: nam v. 269 Laconicos calceos sibi inducere iubentur (ὑποδεῖσθε—τὰς Λακωνικάς). Scio, v. σπεύδουσαν non satis ad κατὰ σχ. quadrare. Sed potest hoc verbum ridicule dictum esse: nam Melisticham, viri sui calceos habentem, in quibus consentaneum est nasse pedes eius, lente festinare necesse fuit *.

B. Κατά, c. gen. coniunctum,

I. *Locali* sensu motum significat ex superiore loco in inferiorem directum, quae est genuina ac primaria eius vis; cuius usus ego, Thomaschewskium et Przybillam, viros doctissimos, secutus, tria genera discerno: primum, ubi locum designat, unde motus incipit („съ“ c. gen.); alterum, ubi totum spatium percursum indicat („по чему внизъ“); tertium, cum locum significat, ubi motus desinit sive quo aliquid tendit („на“ c. acc.).

1) Ac primum quidem genus praepositionis usus admodum rarum et, ut ait Przybilla (p. 12), apud omnes omnis fere aetatis scriptores tam constans est, ut nisi apud certissima movendi verba (potius, si quid video, nisi cum certis substantivis, ut terra, montes, saxa, tecta, muri, coniunctum) haud facile reperiatur. Nam in ceteris omnibus dictionibus, ad significandum eiusmodi motum adhibitis, saepius ἀπό adiungi videtur (v. ἀπό, p. 91).

Huius usus apud Ar. omnino duo exempla exstant, eaque in anapaestis:

V. 355 ἵεις σαυτὸν κατὰ τοῦ τείχους.

---

* Vide quae de his disputavit Michael Georgievskius nostras in «Журн. Мин. Нар. Пр.» 1886, l. 8, p. 58: «Verba σπ. ἐν τ. ἐμβ. idcirco mihi posita esse videntur, ut illis accuratissime describeretur mulier, nam habet viri sui ἐμβάδας, in quibus consentaneum est nare pedes eius, ita ut hoc ipsum σπεύδειν aliquid ridiculi habeat. quod quivis concedet, qui observaverit puerum in calceis patris vel matris currentem».

R. 1514 κατὰ γῆς—ἀποπέμψω.

2) Alterius significationis totidem exempla apud Ar. inveniuntur:

Av. 20 κατὰ τῶν πετρῶν ἡμᾶς—ἄξεις.

L. 1259 πολὺς—καττῶν σκελῶν ἀφρὸς ἵετο.

3) In tertii generis exemplis locutio praepositionalis plerumque pendet ex verbis, cum κατά compositis (a), exceptis duobus locis (P. 525. Th. 60), qui tamen corrupti videntur, ubi ex verbis simplicibus suspensa est (b), et formula κατὰ χειρὸς ὕδωρ, ubi verbum καταχεῖν simul auditur (c).

a) E. 1094—5 κατασπένδειν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυβάλλῳ ἀμβροσίαν κατὰ σοῦ, κατὰ τούτου δὲ σκοροδάλμην.

N. 177 κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτὴν τέφραν (de quo l. cf. Bachm. p. 139).

V. 7 κατὰ τοῖν κόραιν ἤδη τι καταχεῖται γλυκύ.

Av. 464 καταχεῖσθαι κατὰ χειρὸς ὕδωρ. 537 κατεσκέδασαν θερμὸν τοῦτο καθ' ἡμῶν.

L. 552 (ἤνπερ) ἵμερον ἡμῶν κατὰ τῶν κόλπων καὶ τῶν μηρῶν καταπνεύσῃ.

b) P. 525 οἷον δὲ πνεῖς, ὡς ἡδὺ κατὰ τῆς καρδίας. Vulgo vertunt „intimo pectore vel corde", ut si Rossice dicas „дышешь съ сердца", quod neque a sensu, neque a grammatica commendari potest (vide quae paulo ante disputavimus). Verum vidit, opinor, Blaydesius, qui h. l. in commentario ita interpretatur: „o quale et quam suave spiras in pectus meum" (quamquam in annotatione critica se nondum repperisse ait, quid ea verba significent, vitiumque latere suspicatur). Ceterum Hamakerus vv. 523—526 damnat.

Th. 60 κατὰ τοῦ θριγκοῦ συγγογγύλας καὶ συστρέψας τουτὶ τὸ πέος χοανεῦσαι, qui locus si sine vitio traditus est, κατά inusitata potestate esse „in interiora rei" necesse est. Sed v. Blaydesii ann. cr.

c) V. 1216 et Fr. 502 ὕδωρ κατὰ χειρός, ubi καταχεῖσθαι simul audiri ex Av. 464 patet.

4) Duobus locis κατά c. gen. idem valet ac Latinorum „sub" c. abl.; utroque loco praepositio adiuncta est verbo γῆ (γαῖα), ut etiam apud alios scriptores plerumque cum his tribus coniungitur genetivis γῆς, χθονός, θαλάσσης (v. Thomasch. p. 12 sq.).

N. 188 ζητοῦσιν—τὰ κατὰ γῆς, quod nihil differre ab ὑπὸ γῆς luculentissime apparet e Platone, qui. cum de eadem re in Apol. 19 B ageret, dixit: ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆς καὶ οὐράνια.

R. 1529 δαίμονες οἱ κατὰ γαίας.

5) Semel denique κατά c. gen. potest motum, *sub aliquid* directum, declarare.

Pl. 238 κατώρυξέν με κατὰ τῆς γῆς κάτω. Hanc vim praepositioni hoc loco vulgo tribuunt. Attamen restat dubitatio, an potius etiam hic κατὰ τῆς γῆς „sub terra" vertendum sit. Nam aliis duobus locis verbo κατορύττειν addita est praepositio, quietem, non motum significans: Av. 475 ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι. Th. 562 ὑπὸ τῇ πυέλῳ κατώρυξεν; κάτω autem et „deorsum" (ut A. 21. E. 866. N. 616), et „infra" (ut A. 97. V. 182. P. 224. 649. R. 485) significat.

II. Sensu *tralato*

1) praepositio cum verbis *iurandi vovendique* coniungitur ad rem significandam, *apud* quam aliquis iurat vel vota facit (cf. Przybillae p. 44—45):

E. 660 τῇ — Ἀγροτέρᾳ κατὰ χιλίων παρῄνεσα εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων, ubi v. Kock.

R. 101 ὀμόσαι καθ' ἱερῶν.

2) Iam commemoremus eum praepositionis usum, ubi ex locutionibus, a forensi genere dicendi petitis, suspensa, eius nomini adiungitur, *contra* quem causa dicitur vel sententia fertur.

E. 347 δικίδιον εἶπας εὖ κατὰ ξένου μετοίκου. 627 ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων „invehebatur in equites", ubi eadem vi etiam εἰς c. acc. dici poterat; cf. N. 558 ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον. —808 κατὰ σοῦ τὴν ψῆφον ἰχνεύων.

N. 782 οὐδεὶς κατ' ἐμοῦ τεθνεῶτος εἰσάξει δίκην.

3) Restat unus locus, qui nondum a viris doctis satis explanatus est,

P. 241 ἆρ' οὗτός ἐστ' ἐκεῖνος, ὃν καὶ φεύγομεν, ὁ δεινός, ὁ ταλαύρινος, ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν. Ad postrema verba Brunckius audiri iubet ἑστώς, βεβηκώς vel simile quid, eamque explicationem Blaydesius probat, cum interpretatur „qui pedibus firmiter insistit". Equidem ingenue fateor, prorsus me non intellegere, quid sit istud κατὰ τοῖν σκελοῖν βαίνειν vel ἑστάναι; immo vero dubito, an non omnino ita Graece dici possit (nec enim ullo exemplo hanc interpretationem confirmarunt). Melius videtur Reiskeus, Richtero probatus, supplesse ἱέμενος, ut sit „qui ad affligenda, confringenda crura tendit"; κατὰ τ. σκ. igitur, ad verbum si vertas, est „contra crura". Quae interpetatio et cum praecedentibus ὃν καὶ φεύγομεν con-

venit, et Luciani, comicorum imitatoris, loco huic simillimo et fortasse imitatione ex hoc expresso non mediocriter confirmari videtur, qui locus est Ocyp. v. 35: πόθεν δ' ὁ δεινὸς κατὰ ποδῶν οὗτος παρῆν ἀτραυμάτιστος, ἄβατος, ἄστατος πόνος;

III. Praepositio exstat etiam in V. 713, qui in codicibus sic legitur: οἴμοι, τί ποθ' ὥσπερ νάρκη μου κατὰ τῆς χειρὸς καταχεῖται, apud Suidam autem τί πέπονθ' etc., unde Meinekeus, omissa praepositione, edidit: τί πέπονθ'; ὥσπερ νάρκη μου τῆς χ. κ.; alii alia tentarunt, cum aut περ, aut μου, aut τῆς omitterent. Equidem malim vulgatam lectionem servare, quippe quae nulla ex parte vitiosa sit.

Υ Π Ε Ρ.

De forma. In Ar. fabulis semper forma ὑπέρ legitur, nisi quod semel (V. 1118) in tetrametro trochaico, nomine praeposito, anastrophen patitur.

De usu. Ὑπέρ praepositio apud Ar. 24 locis cum genetivo, 2 cum accusativo coniuncta invenitur.

A. Ὑπέρ, c. gen. coniunctum,

I. *Locali* sensu „supra" („надъ") significat, altiore aliquid altero loco fieri aut moveri indicans.

A. 318 et 335 ὑπὲρ ἐπιξήνου λέγειν.

Av. 1338 ὡς ἂν ποταθείην ὑπὲρ... ἀτρυγέτου γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας. Post ὑπέρ Mein. lacunam indicavit, ἀέρος vel αἰθέρος excidisse coniciens. „Quod *super* aerem se volaturum dicit pro eo quod quivis alius dixisset δι' ἀέρος, id in parodia dithyrambicae poesis nihil habet, quod vituperari possit" (Mein. Vind. p. 112).

II. *Tralato* sensu ὑπέρ

1) „*pro*" aliquo, i. e. alicuius commodi causa vel ad aliquem defendendum, aliquid fieri significat („за, для блага, въ интересѣ, въ защиту кого"). Quem usum cum apud verba agendi (a), tum saepius apud verba dicendi invenimus (b).

a) V. 1037 ὑπὲρ ὑμῶν—πολεμεῖ. 1118 τῆσδε τῆς χώρας ὕπερ μήτε κώπην μήτε λόγχην μήτε φλύκταιναν λαβών.

P. 93 ὑπὲρ Ἑλλήνων—πέτομαι. 150 ὑπὲρ ὧν τοὺς πόνους πονῶ. 759 ὑπὲρ ὑμῶν πολεμίζων.

b) A. 316 ὑπὲρ τῶν πολεμίων—λέγειν. 356 λέγειν ὑπὲρ Λακεδαιμονίων, ubi Mein. sine causa περί edidit; v. Bachm. p. 149.—369 λέξω—ὑπὲρ Λακεδαιμονίων. 482 ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἀνδρῶν λέγειν.

E. 1018 ὑπὲρ σοῦ δεινὰ κεκραγώς.

Th. 91 λέξονθ' ὑπὲρ ἐμοῦ. 542 εἶπον ἀγίγνωσκον ὑπὲρ Εὐριπίδου δίκαια. 545 ὑπὲρ ἀνδρὸς ἀντειπεῖν. 649 ὑπὲρ Εὐριπίδου ἡμῖν ἐλοιδορεῖτο.

2) Nec multum differt usus praepositionis in his exemplis, ubi etiam causalis notio ei subiecta esse videtur:

L. 9 ὑπὲρ ἡμῶν—ἄχθομαι.

R. 1260 δέδοιχ' ὑπὲρ αὐτοῦ „ei timeo".

3) Semel ὑπέρ reperimus eodem sensu dictum, quo saepius πρός c. gen. dicitur: nam e verbo obsecrandi suspensum, illud designat, *per* quod aliquis alterum obsecrat (Rossice hoc solo instrumentali casu exprimitur):

V. 570 ὁ πατὴρ ὑπὲρ αὐτῶν (= τῶν παιδαρίων) ὥσπερ θεὸν ἀντιβολεῖ με.

4) Quartus usus praepositionis is est, ubi aliquis *pro* aliquo vel *loco* alicuius aliquid facere dicitur („вмѣсто"), ita tamen, ut hoc in eius gratiam fieri indicetur.

N. 839 ὑπὲρ ἐμοῦ μάνθανε.

V. 1419 ἐγὼ—ὑπὲρ αὐτοῦ δίκην δίδωμί σοι.

Th. 752 ἔμ' ὅ τι χρῄζεις ποίει ὑπέρ γε τούτου.

5) Huic usui simillimus is est, ubi ὑπέρ sensu „*nomine* alicuius" („отъ лица, отъ имени") ponitur:

L. 210 λεγέτω—ὑπὲρ ὑμῶν μία.

B. Ὑπέρ, c. acc. coniunctum,

I. Eodem sensu atque ὑπέρ c. gen. *locum* designat, *supra* quem aliquid movetur:

R. 1438 (εἰ) αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα, quem versum una cum proximis Velsenus aliique, Aristarchum et Apollonium secuti, pro subditiciis habent; Vahlenus comico vindicat (p. 8 sq.); hunc Bachmannus (Phil. V Suppl. p. 234) refellit. Mihi quoque illi versus suspecti sunt.

II. Altera significatio praepositionis ὑπέρ c. acc., etiam quotidiani usus propria, ea est, cum praepositio, mensurae notioni adiuncta, aliquid illum modum excedere indicat, quo sensu etiam πέρα c. gen. usurpatur („supra“, „сверхъ, болѣе“).

Ec. 1025 οὐ κύριος ὑπὲρ μέδιμνόν ἐστ' ἀνὴρ οὐδεὶς ἔτι. Cf. Isaei de Arist. hered. 10 (p. 259 R.) ὁ γὰρ νόμος διαρρήδην κωλύει παιδὶ μὴ ἐξεῖναι συμβάλλειν μηδὲ γυναικὶ πέρα μεδίμνου κριθῶν.

ΕΠΙ.

De forma. Retracto accentu ἔπι, dativo, ad quem pertinet, postpositum, semel in Velseni editione legitur ex incerta Fritzschei coniectura: Th. 1055 (lyr.) νέκυσιν ἔπι πορείαν, ubi libri manu scripti habent ἐπι, plerique typis excussi ἐπί, cum verbo πορείαν coniunctum.

De usu. In *tmesi* quater invenitur in Lysistratae choro vv. 1280—1285; alioquin cum casu copulatur: cum acc. 150, cum dat. 145, cum gen. 86 locis.

A. Ἐπί, c. acc. coniunctum,

I. *Locali* sensu vario modo dicitur:

1) Aliquid *in summam* aliquam rem moveri significat, sive ea res in editiore loco, sive inferiore sita est, quo sensu nos „на“ c. acc. dicere solemus. Suspenditur autem ex verbis, motum indicantibus, haud raro cum ἐπι vel ἀνα vel ἐπανα compositis.

E. 169 ἐπανάβηθι κἀπὶ τοὐλεὸν τοδί.

N. 147 ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τὴν Σωκράτους ἀφήλατο. 255 κάθιζε—ἐπὶ τὸν ἱερὸν σκίμποδα. 279 ἀρθῶμεν—κορυφὰς ἐπὶ δενδροκόμους. 1487 ἐπαναβὰς ἐπὶ τὸ φροντιστήριον.

Av. 560 ἐπιβάλλειν σφραγῖδ'—ἐπὶ τὴν ψωλήν.

R. 130 ἀναβὰς ἐπὶ τὸν πύργον. 199 ἵζω 'πὶ κώπην (de quo l. vide, quae infra dicam). 566 ἐπὶ τὴν κατήλιφ'—ἀνεπηδήσαμεν. Etsi, quid sit κατῆλιψ, incertum est, tamen non esse tabulatum superius, quod Attici vocant ὑπερῷον, ἀνώγεων, διστεγία, διῆρες δωμάτιον (v. Fritzschei ann. ad h. l.) e praep. ἐπί apparet: nam si conclave esset,

Ar. et Lucianus (Lexiph. c. 8 ἐπὶ τὴν κατήλιφα ἀναρριχησάμενος)' potius εἰς praepositione usi essent, ut Homerus εἰς ὑπερῷον dicit, non ἐφ' ὑπ. Idem confirmatur verbis ἀναπηδᾶν et ἀναρριχᾶσθαι, unde patet, ut recte Blaydesius annotavit, partem eam fuisse satis difficilem ascensu, quod ad conclave pertinere non potest (Penelopa enim apud Homerum ἀ ν α β α ί ν ε ι εἰς ὑπερῷον). At et praepositio, et illa verba cum re conveniunt, si κατῆλιψ, ut μεσόδμη, est τὸ μέγα ξύλον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τοίχου πρὸς τὸν ἕτερον διῆκον, ἔν τε τοῖς τῶν πανδοχείων οἴκοις τοῖς μεγάλοις, ἐν οἷς ἱστᾶσι τὰ κτήνη, καὶ κατ' ἀγρὸν ὁμοίως ἐν τοῖς γεωργικοῖς οἴκοις (Galenus). Eodem spectat interpretatio schol. V: σανίδα, ἐν ᾗ πάντα τὰ πωλούμενα τιθέασιν. Videtur igitur ἡ κατῆλιψ similis fuisse ei rei, quam etiamnunc rustici nostri in usu habent, quae vocatur „полати“.

Ec. 882 δεῦρ' ἴτ' ἐπὶ τοὐμὸν στόμα „in os meum descendite“.

Pl. 69 ἀναθεὶς ἐπὶ κρημνόν τιν' αὐτόν.

Fr. 349, 2 κοφίνους—λίθων—ἱμᾶν ἐπὶ τὸν κέραμον „in tectum“.

Huc pertinere videntur etiam nonnullae locutiones militares, ut ἵστασθαι ἐπὶ τρεῖς ἀσπίδας, quod dicitur de triplici acie instructa, „строиться въ три шеренги“, quo sensu saepius ἐπί c. gen. dici docet Kuehnerus (§ 438, III, 1 b). Idem cum his Graecis locutionibus apte comparat Francogallicum „sur quatre de hauteur“. Proprie igitur hae locutiones valent: altera „collocari in tres clipeos“ „становиться на три щита“, altera „collocari in tribus clipeis“ „становиться на трехъ щитахъ“. Unde apparet, recte Kruegerum (I, 68, 40, 6) docere, ἐπί c. acc. usurpari, cum de motu cogitetur. Sed cum re ipsa eae locutiones nihil inter se differant, prorsus penes scriptorem est arbitrium alterutram eligendi, ut Xenophon (Anab. 4, 8, 11) plane eodem sensu in una eademque paragrapho utraque utatur: ἔπειτα ἢν μὲν ἐπὶ πολλοὺς τεταγμένοι προσάγωμεν, περιττεύσουσιν ἡμῶν οἱ πολέμιοι·—ἐὰν δὲ ἐπ' ὀλίγων τεταγμένοι ἴωμεν κτλ. Haec omnia, quae dixi, eo spectant, ut de dubia scriptura loci Aristophanei recte iudicare possimus. Hic enim locus in codicibus ita legitur:

L. 282 ἐφ' ἑπτακαίδεκ' ἀσπίδων πρὸς ταῖς πύλαις καθεύδων, ubi schol. annotavit: ἐφ' ἑπτακαίδεκ' ἀσπίδας: ὅτι τὰς τάξεις ἀσπίδας ἔλεγον, καὶ αὐτὸς πάλιν 'Αριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις· ἵστασθ' ἐφεξῆς πάντες ἐπὶ τρεῖς ἀσπίδας. ἐπὶ τάξεσιν ἑπτακαίδεκα καθεύδων, ὥστε τὸ βάθος τῆς φρουρᾶς ἑπτακαίδεκα κατέχειν ἀσπίδας. Hinc re-

centiores editores fere omnes accusativum in verba poetae receperunt. Et recte, ut mihi videtur: nam cum utrumque aeque recte dici possit, difficilior lectio praeferenda est. Accusativus autem facile in genetivum mutari potuit, ut qui a verbo quietis καθεύδειν abhorrere videretur. Ceterum καθεύδων praeter exspectationem pro φρουρῶν vel potius pro φρουρῶν τεταγμένος dictum est. Alter locus est

Fr. 66 ἵστασθ' ἐφεξῆς πάντες ἐπὶ τρεῖς ἀσπίδας, quod iam supra attulimus.

2) Poeticus est alter particulae usus, cum aliquid *super* vel potius *per* aliquem locum diffundi vel moveri significat („по"), ut ἐπί c. acc. vix differat a διά c. gen. vel κατά c. acc.: cf. Pind. Nem. 6, 48 (B.): πέταται δ' ἐ π ί τε χθόνα καὶ δ ι ὰ θαλάσσας τηλόθεν κλέος αὐτῶν. Quem usum apud Ar. duobus locis invenimus, quorum alter Alcmanis parodiam continet, alter a Sophocle petitus est.

Av. 250 ἐπὶ πόντιον οἶδμα θαλάσσης—ποτῆσαι. 1339 ὡς ἂν ποταθείην—γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνης.

3) Alia vis praepositionis, et ea usitatissima, est *„ad"* *„къ"*, cum e verbis, notionem movendi continentibus, suspensum, ut πρός, locum indicat, ad quem aliquid promovetur eumque finem (цѣлью) movendi habet. Dicitur autem de motu aut ad res (a) directo, aut ad personas (b), ubi fere „ad" in universum significat nec facile „domum alicuius" (Ec. 550), quae vis saepius in πρός et ὡς inest, aut denique ad abstracta (c), ubi motus cogitatione tantum fingitur.

a) A. 866 προσέπτονθ' οἱ κακῶς ἀπολούμενοι ἐπὶ τὴν θύραν μοι Χαιριδῆς βομβαύλιοι. Ita scribendum esse non προσέπτανθ', ut est in omnibus libris et manu et typis descriptis praeter Blaydesii, recte docuit Dawesius. V. Rutherfordii „The new Phrynichus" p. 373 sq. Eidem substantivo adiuncta est praepositio etiam in Av. 129. R. 436. Pl. 962. 1007. Fr. 162.

V. 321. ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδίσκους. 987 ἐπὶ τὸν ὕστερον (sc. καδίσκον)—παρᾷξον.

Av. 129 ἐπὶ τὴν θύραν ἐλθών. 1757 (ἕπεσθε) ἐπὶ δάπεδον Διὸς καὶ λέχος γαμήλιον. 890 ἐπὶ ποῖον — ἱερεῖον καλεῖς ἁλιαέτους καὶ γῦπας; „ad qualem victimam".

L. 2 εἴ τις εἰς Βακχεῖον αὐτὰς ἐκάλεσεν, ἢ 'ς Πανὸς ἢ 'πὶ Κωλιάδ' ἢ 'ς Γενετυλλίδος, ubi Κωλιάς loci nomen (cf. R. 187 ἐπὶ Ταίναρον), non deae esse et ex iis patet, quae Blaydesius ad h. v. in ann. cr. attulit (ut ἐπὶ Κωλιάδι [Dem.] 59, 33), et inde, quod Ar. deorum nominibus nunquam ἐπί adiungit, sed πρός aut ὡς vel εἰς. V. Bachmann. p. 115.—665 ἐπὶ Λειψύδριον ἤλθομεν. 737 ἐπὶ τὴν ἄμοργιν—ἐξέρχεται.

Th. 919 τὴν ἐμὴν γυναῖκα—ἐπὶ Σπάρτην ἄγειν, ubi Euripides personatus praepositionem ἐπί pro εἰς dicit. Quo genere dicendi Eur. in fabulis suis haud raro usus esse videtur, ἐπί cum verbis γῆ, αἶα similibusque copulans, ut Hipp. 1125. El. 97. 1184. V. infra quae de R. 351 dicemus.

R. 139 ἐπὶ λίμνην—ἥξεις. 187 τίς εἰς τὸ Λήθης πεδίον, ἢ 'ς ὄνου πόκας,... ἢ 'πὶ Ταίναρον; 197 κάθιζ' ἐπὶ κώπην. Haec Charontis verba, quibus ille Bacchum iubet ad remum considere, significare possunt etiam „conside in remo, super remum" (V. supra). Hac igitur locutionis ambiguitate callide Bacchus utitur, qui a Charonte ad remum considere remigandi causa iussus in ipso potius remo consederit. (Fritzscheus). Quaerenti illi, quid faciat: ὅ τι ποιῶ; inquit, τί δ' ἄλλο γ' ἢ ἵζω 'πὶ κώπην, οὗπερ ἐκέλευές με σύ; (v. 199), praepositioni ἐπί significationem „super" subiciens. — 351 (lyr.) ἔξαγ' ἐπ' ἀνθηρὸν ἕλειον δάπεδον, ubi ἐπί, ut in Th. 919, pro εἰς poetice dictum puto; cf. Eur. El. 1134 εἶμ' ἐπ' ἀγρόν, οὗ πόσις θυηπολεῖ Νύμφαισιν, ubi vix dubitari potest, quin Clytaemnestra *in* agrum, non *ad* agrum ire in animo habeat.—436 ἐπ' αὐτὴν τὴν θύραν ἀφιγμένος. 1365 ἐπὶ τὸν σταθμὸν—αὐτὸν ἀγαγεῖν.

Ec. 684 ἐπὶ τὴν στοιὰν ἀκολουθεῖν—δειπνήσοντας. 1001 ἄξω σ' ἐπὶ τἀμὰ στρώματα.

Pl. 656 αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν. 675 ἐφ' ἣν (= χύτραν)—ἐφερπύσαι. 683 ἐπὶ τὴν χύτραν—ἀνίσταμαι. 686 ἐπὶ τὴν χύτραν ἐλθών. 959 ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀφίγμεθα. 962 ἐπ' αὐτὰς τὰς θύρας ἀφιγμένη. 1007 ἐπὶ τὴν θύραν ἐβάδιζεν.

Fr. 162 ἐπ' αὐτὴν τὴν θύραν ἀφιγμένος. 453, 2 ἐπὶ πῦρ—πῦρ—ἄγων. 619 χωρεῖ 'πὶ γραμμὴν λορδὸς ὡς εἰς ἐμβολήν, ubi quid sit γραμμή nescire se ait Kockius, neque ego magis.

Huc pertinet etiam locutio militaris

Av. 383 ἄναγ' ἐπὶ σκέλος, ubi schol.: ἀντὶ τοῦ ὑπαναχώρει ὀλίγον ὑπὸ πόδα, παρὰ τὸ (Il. 11, 547) „γόνυ γουνὸς ἀμείβων". Significat

igitur haec locutio: „paulatim pedem referre, ita tamen, ut os sit hosti adversum“ (Sturzii Lex. Xen. v. 2, p. 268). Cuius originem omnium optime mihi videtur explicasse Anglus quidam apud Blaydesium: „A man does this when, facing his foe, he draws back first one foot or leg, then the other up to that foot or leg (ἐπὶ πόδα, ἐπὶ σκέλος), and so on. Whereas in hurried flight, quick march, etc., leg passes leg in quick succession“.

Eodem referendum puto

Av. 1374 πέτομαι δ' ὁδὸν ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν μελέων. Haec dicit Cinesias, poeta dithyrambicus, elato genere dicendi utens. Vulgo, praepositione ἐπί neglecta, vertunt, quasi esset solus accusativus, „volatu vias permeo, modo has, modo illas, carminum“ (Br.), quod vereor, ne non rectum sit: nec enim ullum inveni exemplum, ubi ἐπί iter indicet, quo aliquid movetur. Cum autem hunc locum cum v. 1398 τοτὲ μὲν νοτίαν στείχων πρὸς ὁδόν comparo, ubi non magis πρός itineri significando potest esse, de quo v. quae infra dicemus, venit mihi in mentem, hoc quoque loco ἐπί „ad“ valere, ut sit „volo modo ad hanc, modo ad illam viam carminum“, quod licet parum logice dictum sit, tamen in lyrico carmine, quae haud raro comico tanquam ansas dant ad ridendum, offensioni esse non potest. Cf. quae Meinekeus Vind. p. 112 de Av. 1338 disputavit.

b) A. 982 ἐπὶ πάντ' ἀγάθ' ἔχοντας ἐπικωμάσας.

V. 1360 ἐπὶ σὲ κἄμ' ἔοικε θεῖν.

Av. 717 ἐλθόντες—ἐπ' ὄρνις. 789 ἐφ' ἡμᾶς—κατέπτετο.

R. 291 φέρ' ἐπ' αὐτὴν ἴω. Horum verborum, quae tam in hostem cadunt, quam in amatorem, quaesita est ambiguitas (Fritzscheus). Bacchus, cum audit, spectrum in mulierem formosam esse mutatam, vult adire, quia est libidinosus (Bergler.); cf. schol.: ὡς κατωφεροῦς τοῦ Διονύσου ἐπιτηδείως. 646 εἶμ' ἐπὶ τονδί. 656 βαδιστέον—ἐστὶν ἐπὶ τονδί.

Ec. 550 ἐφ' ἣν ἐγψχόμην. 616 ἴασιν ἐπὶ τὴν ὡραιοτάτην. 625 ἐπὶ τοὺς δὲ κακοὺς βαδιοῦνται. 899 ἐφ' ἕτερον ἂν πέτοιτο. 948 ἐφ' ἣν ἔρχομαι. 1080 ἐπ' ἐκείνην τὴν καλὴν ἀφίξομαι.

Fr. 142, 1 ἀποπλευστέ'—ἐπὶ τὸν νυμφίον.

c) N. 704 ἐπ' ἄλλο πήδα νόημα φρενός.

Fr. 697, 1 ἐπὶ κακότροπον ἐμόλετον βίον.

4) Alia vis est praepositionis, cum aliquid *ad* aliquem locum *versus* moveri dicitur, ita tamen, ut is locus non sit finis movendi

nec eum illa res unquam attingat („по направленію"). Dicitur autem et proprio sensu (a), et tralato (b). Cf. πρός.

a) Propriam vim particulae ter tantum deprehendimus in locutionibus adverbialibus.

N. 1108 ὅπως εὖ μοι στομώσεις αὐτόν, ἐπὶ μὲν θάτερα οἷον δικιδίοις „ex altera parte" „въ одну сторону".

Av. 1567—8 ἐπ' ἀριστέρ'—ἀμπέχει; οὐ μεταβαλεῖ θοἰμάτιον—ἐπὶ δεξιά; „dextrorsus, sinistrorsus", „на-лѣво, на-право".

b) Tralate dicitur de actione aut statu, ad quem se quis vel quid convertit.

ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν, τρέπεσθαι, συμφέρειν: N. 589 τοὺς θεούς, ἅττ' ἂν ὑμεῖς ἐξαμάρτητ', ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν „in melius convertere".

V. 986 ἐπὶ τὰ βελτίω τρέπου.

N. 594 ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει συνοίσεται „eveniet in partem meliorem".

Ec. 475 ἅπαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν ξυμφέρειν.

Aliae locutiones:

V. 1455 ἢ μέγα τι μεταπεσεῖται ἐπὶ τὸ τρυφῶν καὶ μαλακόν „luxu mollitieque fluet".

L. 676 ἣν—ἐφ' ἱππικὴν τράπωνται.

Th. 724 τάχα δὲ μεταβαλοῦσ' ἐφ' ἑτερότροπον ἄτην σ' ἐπέχει τύχη. Ita edidit Velsenus „e coniectura quamvis incerta" (quam probat Holzingerus in Bursiani „Jahresbericht" 1880, p. 113) pro τάχα δέ σε μεταβαλοῦσ' ἐπὶ κακὸν ἑτερότροπον ἐπέχει τίς τύχη codicum. Sensus loci videtur esse: „aliqua te fortuna, in contraria mala coniectum, fortasse reprimet".—985 ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ' εὐρύθμῳ ποδί „alio te converte composito pede". Cf. Pl. 317.

R. 1025 ἐπὶ τοῦτ' ἐτράπεσθε. 1119 ἐπ' αὐτοὺς τοὺς προλόγους σου τρέψομαι.

Pl. 317 ἐπ' ἄλλ' εἶδος τρέπεσθε.

II. Quoniam *metaphoricum* particulae usum tractare instituimus, iam ceteras tralatas significationes hic liceat afferre.

1) Ac primum quidem ἐπί, ut πρός, haud raro *hostilem* motum (vel animum) designat: „contra, adversus", „противъ".

E. 760 ἔξει—ἐπὶ τὸν ἄνδρα, ut recte Cobetus codicum scripturam ἐς emendavit, quas praepositiones constat in libris saepius confundi.

N. 397 τοῦτον (=τὸν κεραυνὸν)—ὁ Ζεὺς ἵησ' ἐπὶ τοὺς ἐπιόρκους.

V. 12 κἀμοὶ—ἐπεστρατεύσατο—ἐπὶ τὰ βλέφαρα—ὕπνος. 244 ἔχοντας—ὀργὴν—ἐπ' αὐτόν. 411 ἥκειν ὡς ἐπ' ἄνδρα μισόπολιν ὄντα. 423 ἐπ' αὐτὸν ἵεσο. 705 ὅταν — ἐπισίξῃ ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν τιν' ἐπιρρύξας. 1514 καταβατέον γ' ἐπ' αὐτούς μοι „in certamen contra eos mihi descendendum est".

Av. 631 (ἐὰν) ἐπὶ θεοὺς ἴῃς. 1250 πέμψω—ὄρνις ἐπ' αὐτόν.

L. 247 ἐφ' ἡμᾶς ξυμβοηθήσειν. 463 ἐπὶ δούλας τινὰς ἥκειν. 675 πλεῖν ἐφ' ἡμᾶς.

R. 1021 ἕπτ' ἐπὶ Θήβας.

2) Qui sequitur particulae usus medius quidam est inter localem, de quo iam egimus, et finalem, de quo infra dicetur: id enim significat, ad quod itur petendum, arcessendum, capiendum, afferendum etc. Nos solemus „за" cum casu instrumentali dicere.

V. 854 οὗτος σὺ ποῖ θεῖς; — ἐπὶ καδίσκους „ad quaerendas vel afferendas urnas" „за урнамв".

P. 1040 ἐπὶ σπλάγχν' εἶμι καὶ θυλήματα.

Av. 77 τρέχω 'π' ἀφύας. 79 τρέχω 'πὶ τορύνην.

Th. 728 ἴωμεν ἐπὶ τὰς κληματίδας. 769 τίν' οὖν ἂν ἄγγελον πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν; quod et „ad eum arcessendum" verti potest, et simpliciter „ad eum".

R. 69 ἐλθεῖν ἐπ' ἐκεῖνον „ad illum ex Orco abducendum" (Fr.). 111 ἦλθες ἐπὶ τὸν Κέρβερον. 180 χωρῶμεν ἐπὶ τὸ πλοῖον, quem versum Velsenus, Ritschelium secutus, post v. 182 transposuit. Causa transponendi ea fuit, quod haec verba locum non haberent, nisi coram navigio aspecto. At rectissime Kockius et Vahlenus (p. 29) monent, Bacchum, cum haec dicat, non dicere „eamus ad navigium, quod ante oculos est," quam sententiam illi (h. e. Ritschelius, Velsenus alii) tanquam certam et unicam amplexi sint, sed „eamus, ut navigium petamus, nanciscamur, offendamus, id videlicet, quod Hercules dixerat" (v. 139).—478 ἐφ' ἃς (=Γοργόνας)—δρομαῖον ὁρμήσω πόδα, ubi tamen ἐπί potest „ad" simpliciter significare. 577 εἶμ' ἐπὶ τὸν Κλέωνα. 1418 κατῆλθον ἐπὶ ποιητήν „ad arcessendum poetam".

Ec. 819 ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἄλφιτα.

Fr. 101, 2 ἐμοὶ μὲν ἐπὶ τὸν μολγόν, ubi quod in codicibus his verbis subicitur εἶναι Porsonus eiecit, id leviter corruptum esse iudicans ex glossemate ἰέναι. Alii alia tentarunt. 402, 2 εἶμ' ἐπὶ

ξύλα. 408 ἢ ἐπὶ ξύλα. 464, 1 βαδίζειν—ἐπὶ τὸν δεσπότην, ubi Kockius annotat: „recte ἐπί [nam in uno codice πρός legitur]: videtur enim servus loqui, qui erum a convivio alienae domi habito domum deducere parat.“ 545, 1 ἐπὶ τοὔψον ἧκε „ad obsonium emendum“.

3) Similiter in eo usu, de quo iam acturus sum, localis notio arctissime cum finali confusa est. Solet enim ἐπί, ex verbis movendi et invitandi suspensum, nominibus adiungi, ludum et operam, ad quam quis accedit, significantibus. Eodem sensu, nullo ut videtur discrimine (cf. V. 1005), εἰς quoque dicitur, ut supra ostendimus (p. 56), et πρός (cf. Ec. 1149). In quo genere frequentissima est dictio

ἐ π ὶ (τ ὸ) δ ε ῖ π ν ο ν: A. 988 ἐπτέρωταί τ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Ita in Rav. legi auctores sunt Zacherus (p. 536) et Herwerdenus (Ex. Crit. p. VII), quem ἐπτέρται litteris prope evanidis ibi scriptum invenisse ait Blaydesius. Vulgo putant in Rav. ταί τ' exaratum esse, unde Meinekeus aliique, lacuna indicata, ...ταί τ' ediderunt. Ἐπτέρωται etiam scholio aliqua ex parte confirmatur: τὰ δ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον: ἐπείγει, σπεύδει... ὁ δὲ λόγος, Δικαιόπολις σπουδάζει περὶ τὸ δεῖπνον.—1085 ἐπὶ δ. —βάδιζε.

V. 1005 ἄγων—ἐπὶ δεῖπνον, εἰς ξυμπόσιον, ἐπὶ θεωρίαν. 1250 ἐπὶ δ.—ἴμεν.

P. 1192 ἐπὶ δ. ἦλθ' εἰς τοὺς γάμους. 1208 εἴσιτε ἐπὶ δ.

Ec. 652 χωρεῖν ἐπὶ δ. 856 ποῖ βαδιεῖ σύ; — ἐπὶ δ. 1128 ἐπὶ δ. ἔρχεται. 1135 ἐπὶ τὸ δ. ἔρχομαι. 1165 ἐπὶ τὸ δ. ὑποκινεῖν.

Fr. 675, 2 ἐπὶ τὸ δ.—καλεῖ με.

Aliae locutiones:

A. 1143 ἴτε ἐπὶ στρατιάν „ad militiam“.

V. 1005 v. supra.

Av. 292 ἢ 'πὶ τὸν δίαυλον ἦλθον, quod et „diaulum cursuri“ significare potest, et „diaulum spectaturi“, prout v. λόφωσις in v. 291 intellegamus. V. λόφος enim et collem significat (293) et cristam (290). Hinc λόφωσις quoque duplici ratione intellegi potest: aut collis occupatio, aut cristatura, cristae emissio. Euelpides igitur, cum vidisset, quattuor aves in scaenam prodisse cristis ornatas, mirabundus quaesivit, qua de causa cristas haberent, statimque conicit, eas ita ornatas (galeis cristatis) venisse, ut diaulum currerent. Epops autem, putans, eum scire velle, cur aves collem occupaverint (vide v. 279), illa aliter accipit: „cur collem ceperunt? an

ut diaulum melius spectarent?" ad eaque respondet: „non (ut diaulum melius spectarent, collem ceperunt), sed ut Cares in montibus degunt." Hanc interpetationem debeo A. Schwarzio, dilectissimo magistro meo. —1287 ἐπέτονθ' ἕωθεν—ἐπὶ νομόν „ad pastum," quod et aliter verti potest: „ad pascuum" atque etiam „pabuli (quaerendi) causa." 1602 τοὺς πρέσβεις ἐπ' ἄριστον καλῶ. Cf. Ec. 348

L. 543 ἐπὶ πᾶν ἰέναι „quidvis subire".

Ec. 348 μῶν ἐπ' ἄριστον γυνή κέκληκεν αὐτὴν τῶν φίλων;

Pl. 1040 ἐπὶ κῶμον βαδίζειν „comissatum ire".

Fr. 70 ἐπὶ τὴν δίκην ἀπελθόντα, quae tamen fortasse non sunt ipsius poetae verba.

4) Sincera *finalis* vis („ad") praepositioni subiecta est haud paucis locis, quo sensu sine ullo discrimine etiam εἰς et πρός dicitur, perinde ac nos dicimus „за чѣмъ, для чего, на что" etc. Iungitur autem apud Ar. et pronominibus neutri generis (a), et substantivis, actionem aliquam significantibus (b); ubi aliis substantivis iungitur, agendi notio suppleri potest, ut in A. 16. E. 1407.

a) ἐπὶ τί: N. 257 ἐπὶ τί στέφανον (h. e. λάβω); „cur".

Av. 340 ἐπὶ τί—μ'—ἦγες;

L. 1101 ἐπὶ τί πάρεστε δεῦρο;

ἐφ' ὅ τι: L. 22 ἐφ' ὅ τι—ἡμᾶς—συγκαλεῖς. 481 ἐφ' ὅ τι—ἀκρόπολιν (i. e. κατέλαβον).

ἐπὶ ταῦτα: Av. 636 ὅσα—δεῖ ῥώμῃ πράττειν, ἐπὶ ταῦτα τεταξόμεθ' ἡμεῖς „ad haec administranda nos constituti (designati, delegati) erimus".

ἐπὶ τοῦτο: R. 168 μίσθωσαί τινα τῶν ἐκφερομένων, ὅστις ἐπὶ τοῦτ' ἔρχεται. Versum 168, a Velseno, Hamakeri opinationem probante, ut adulterinum, uncis seclusum, egregie defendit Vahlenus (p. 28): „Atqui Xanthias, inquit, qui se dimitti a Dionyso cupiebat, ineptus esset, si haec diceret μίσθωσαί τινα neque rationem ostenderet qua id in hoc itinere inferno fieri posset; qui et hoc apte addidit (τῶν ἐκφερομένων) neque inutiliter illud, ὅστις ἐπὶ τοῦτ' ἔρχεται, h. e. ἐπὶ τὸ μισθώσασθαι, sive mavis (nam eodem redit) ἐπὶ τὸ τὰ στρώματα φέρειν (cf. v. 1025), quoniam non quivis eorum qui efferuntur ad eam rem paratus esse credi poterat."

b) A. 16 παρέκυψε—ἐπὶ τὸν ὄρθιον „prodiit ad orthium modum canendum".

E. 1407 κἀκεῖνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην „ad exercendam artem".

V. 487 ἐπὶ τυραννίδ' ἐξεστάλης, ubi ἐξεστάλης a Meinekeo de coniectura editum est pro ἐστάλης codicum, quod metro repugnat. Quae coniectura vix accipienda est: ἐκστέλλειν enim aut „emittere" valet, aut „ornare" (Soph. O. R. 1269), utrumque ab hoc loco alienum. Quare placet mihi Hermanni emendatio, qui verbum ἐστάλης intactum relinquit, metri causa particula ὧδ' inserta. Στέλλεσθαι autem sensu tralato („contendere ad alqd") cum ἐπί et accusativo saepius coniungi, e locis Platonicis, ab Astio in lexico in v. collectis, patet. Vertendum igitur „ad tyr. contendis sive affectas viam".

Th. 967 ὡς ἐπ' ἔργον αὖ τι καινὸν πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν, ubi praepositio recte videtur a Fritzscheo addita esse (libri enim ὥσπερ ἔργον): „oportet nos in orbem saltare, utpote novae rei incipiendae causa"; ἔργον καινόν autem referendum est ad odam proxime subsequentem v. 969, ut iam scholiasta bene vidit (ἐπειδὴ μέλλουσιν ἐλθεῖν εἰς τὴν ᾠδήν), vel potius ad saltationem, quae cum ipso cantu mutabatur (Fr.).

R. 675 ἔλθ' ἐπὶ τέρψιν ἀοιδᾶς ἐμᾶς „ut cantu meo delecteris". 1265=1267=1271=1275=1277 οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν, quae verba Aeschyli sunt.

Ec. 926 οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν γε (h. e. εἴσειςι) „efferendi causa".

Pl. 1008 ἐπ' ἐκφοράν (h. e. ἐβάδιζεν); ubi Blaydesius: „vel ad efferenda bona tua, vel ad te efferendam, si mortua forte fueris".

5) Semel dictam invenimus praepositionem de eo, ad quem aliquid pertinet („по отношенію").

R. 1305 τί δεῖ λύρας ἐπὶ τοῦτον; „quid lyra opus est ad istum (h. e. Euripidem)?" Haec est scriptura omnium meliorum codicum; duo deteriores habent τούτων, quod plerique editores in exemplum receperunt, hoc per τῶν Εὐριπίδου ᾀσμάτων explicantes: „quid lyra opus est ad haec (i. e. cantica Euripidis)?" Utrumque bonum videtur: nam genetivus cum aliis, tum Platonis loco (Reip. 3, 399 A), a Kockio allato, confirmatur; accusativus satis defendi potest duobus locis Sophocleis, quorum alter est Ant. 1317 τάδ' οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν ἐμᾶς ἁρμόσει ποτ' ἐξ αἰτίας. Alterum locum, nostro simillimum, nisi quod πρός habet, affert Fritzscheus: El. 612 ποίας δέ μοι δεῖ πρός γε τήνδε φροντίδος; Quare nihil opus esse videtur mutare meliorum codicum lectionem, praesertim cum τούτων pro-

prie in praecedenti oratione non habeat, quo referatur: nec enim ᾄσματα vel μέλη Euripidis ante commemorantur.

III. Restat unus locus

Av. 405, qui in libris ita legitur: πόθεν ἔμολον ἐπὶ τίνα τ' ἐπίνοιαν „ad quod consilium, h. e. quo consilio", ubi temere Bergkius eoque duce Meinekeus praepositionem deleverunt, quae lectio grammaticae legi repugnat. Neque enim accusativus solus ulla confirmatur analogia, ut ἐπί necessarium sit ad consilium veniendi indicandum. Metricis autem difficultatibus ut medeamur, in ἐπίνοιαν diphthongum correptam esse putandum est (V. Kock.):

B. Επί, c. dat. coniunctum,

I. *Locali* sensu

1) Aliquid alicui rei vel personae impositum *in summa* ea commorari vel universe ea niti aut ibi fieri significat, quod Latine „super" praepositione atque saepius „in" c. abl., Rossice „на" cum casu praepositionali exprimitur. Eodem significatu saepius ἐπί c. gen. usurpatur, nonnunquam etiam ἐν (p. 17). Personis ter tantum adiunctum est: R. 9. 1046. Pl. 185.

A. 504 οὑπὶ Ληναίῳ—ἀγών „ludi qui in Lenaeo fiunt". 510 οὑπὶ Ταινάρῳ θεός.

E. 402—403 (lyr.) ὦ περὶ πάντ' ἐπὶ πᾶσί τε πράγμασι δωροδόκοισιν ἐπ' ἄνθεσιν ἵζων, quem locum male mihi videtur Kockius interpretatus esse, cum haec annotaret: „περὶ πάντα, erg. etwa ποτώμενε, der du um alles her summst und bei jeder Gelegenheit (ἐπὶ πᾶσι, wie ἐπὶ πολλοῖς 411) auf den Blumen der Bestechung sitzest und aus ihnen deinen Honig saugst". Nam ut περὶ πάντα, ubi qua ratione aut unde audiri possit ποτώμενε ne coniectura quidem assequor, ut περὶ πάντα, inquam, ad ἵζων locali significatu „circa omnia sedens" referri necesse est, ita ἐπὶ πᾶσι πράγμασι, arcte particula τέ cum περὶ πάντα coniunctum, locum significare debet „in omnibus negotiis (publicis) sedens". Illa autem δωροδ. ἐπ' ἄνθ. ex notissima Aristophanis consuetudine dicta esse puto pro ὥσπερ δωροδ. ἐπ' ἄνθ. vel potius pro δωροδοκῶν ὥσπερ ἐπ' ἄνθ. „munera captans sessitas ut apis in floribus": nam epitheton δωροδόκοισι (praeter exspectationem pro ῥοδέοισιν vel simili dictum, v. Bakhuyzen. p. 32) per hyperbaton verbo ἄνθεσιν adiunctum est, cum proprie

ad Cleonem referri deberet; v. Beckii ann. De illo usu Ar. vide Bachm. p. 132 et quos ille profert Dobraeum ad Pl. 314, Fritzscheum ad Th. 1011, Krueg. II, 57, 3, 2. Itaque totum hunc locum ita interpretandum censeo: „O qui circa omnia et in omnibus negotiis (publicis), tanquam (apis) in floribus, munera captans sessitas". Idem scholiasta quoque sensisse videtur, cum haec diceret: ὃ γὰρ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ὥσπερ αἱ μέλιτται, φησὶ, πᾶν ἄνθος δρέπονται, οὕτω καὶ σὲ τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων οὐδὲν λανθάνει, ὥστε μὴ οὐκ ἀποδόσθαι αὐτὸ καὶ προδοῦναι.—783 (anap.) ἐπὶ ταῖσι—πέτραις καθήμενον.

N. 270 (anap.) ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χιονοβλήτοισι κάθησθε.

V. 678 (anap.) πολλὰ μὲν ἐν γῇ, πολλὰ δ' ἐφ' ὑγρᾷ πιτυλεύσας „terra marique", ubi ἐπί ab ἐν nihil differre videmus. 1040 (anap.) κατακλινόμενοι—ἐπὶ ταῖς κοίταις. Cf. Bachm. p. 149.—1293 τοῦ 'πὶ ταῖς πλευραῖς τέγους „ob firmum in lateribus tectum", qui versus, ut tota illa „servi oratio, tragicum morem imitatur" (Richter.).

P. 902 ἅρματα—ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀνατετραμμένα „currus alii super alios eversi". 1235 ἐπὶ δεκάμνῳ - καθήμενος „in vase decem minarum sedens".

Av. 238 (lyr.) ἐπὶ κισσοῦ κλάδεσι νομὸν ἔχει.

L. 1026 (lyr.) τὸ θηρίον τοὐπὶ τὠφθαλμῷ „oculo insidens". Cf. R. 1247.

Th. 1182 καθιζομένη—ἐπὶ τοῖσι γόνασι τοῦ Σκύθου.

R. 9 ἄχθος ἐπ' ἐμαυτῷ φέρων. 46 λεοντῆν ἐπὶ κροκωτῷ κειμένην. 679 (lyr.) ἐφ' οὗ—χείλεσιν—ἐπιβρέμεται Θρῃκία χελιδών. 1046 (anap.) ἐπὶ σοὶ—καὶ τοῖς σοῖσιν—ἐπικαθῆτο „tibi tuisque insidebat (Venus"). 1246—1247 τὸ ληκύθιον—ἐπὶ τοῖς προλόγοισί σου ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς ἔφυ.

Ec. 903 (lyr.) κἀπὶ τοῖς μήλοις ἐπανθεῖ.

Pl. 185 ἐφ' οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθέζηται, de quo loco Kusterus: „Vetus scholiasta et ex eo Suidas v. ἐπικαθέζηται monent, metaphoram sumtam esse a libra, et τὸ ἐπικαθέζεσθαι dici de pondere, quod gravitate sua lancem alteram deprimat. Sic „sedere" ap. Lat. dicitur libra, quae ob ponderis inaequalitatem in alteram partem vergit. Tibull. IV, 1, 41".

Fr. 387, 10 (ἰχθύδια) βεβασανισμένα ἐπ' ἰχθυοπώλου χειρὶ· παρανομωτάτῃ „in propolae manu ponderatos". 561, 2 (lyr.) στίλβη,—ἡ—φλόγ' ἀνασειράζεις ἐπὶ τῷ λυχνείῳ „in candelabro", quae „ex-

cerpta sunt ex cantico ad monodias Euripidis inridendas ex variis centonibus composito“ (Kock.).

Eodem referendum puto

E. 546 (anap.) αἴρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον, παραπέμψατ' ἐφ' ἕνδεκα κώπαις θόρυβον χρηστὸν ληναΐτην: quem locum obscurum ita interpretandum censeo: „strepitum ei tollite multum, undecim remis mittite faustam acclamationem Lenaeam“: neque enim, propter sequentem accusativum θόρυβον, aut αὐτόν, ut vulgo, ad παραπέμψατε audiri, aut παραπέμπειν „deducere, prosequi“ sonare potest; itaque iam sch. haec intellexisse videtur, cum interpretaretur: ἄξιοι οὖν τὸν νῦν ἔπαινον μέχρι πολλοῦ παραπέμψαι (πέμψαι in Θ). Locutio autem ἐφ' ἕνδεκα κώπαις fuit κέλευσμα ναυτικόν; ἐπί dictum est, quemadmodum nos dicimus „плыть на веслахъ“, quia remiges remis incumbunt; cf. Menandri v. 4, 139 (2) ἐν κώπαισι πλεῖν, quamquam alibi in hac locutione similibusque solus dativus usurpatur. Ceterum vide Mein. in Vind. p. 60 et Schneiderum (N. Jahrb. f. Phil. vol. 115, p. 289 sq.), qui proposuit παραπέμψατ' ἐφ' ἓν δέκα κώπαις, quae coniectura nimis artificiosa videtur.

2) E verbis movendi suspensum, ἐπί c. dat. in oratione poetica nonnunquam motum aliquo directum indicat, quo sensu prosae orationis scriptores solent ἐπί c. acc. coniungere. Cuius usus duplex est ratio: nam aut simpliciter aliquid *ad* aliquam rem moveri dicitur (a), aut is motus hostilem in modum *contra* aliquem fieri significatur (b).

a) Th. 1055 (lyr.) αἰόλαν νέκυσιν ἔπι πορείαν „celere ad mortuos iter“. Haec est coniectura Fritzschei, a Velseno adoptata; libri praebent ἐπι sine ullo accentus signo. Quae emendatio et ad sensum bona, et sermoni Euripideo, unde hic locus petitus est, conveniens videtur. (V. praeter ipsius Fritzschei annotationem etiam Bachmann. p. 26, Bakhuyzen. p. 130). Quod autem Bakhuyzenus l. l. dubitat, Graecumne sit πορεία ἐπὶ νέκυσιν (nec enim Fritzschei ἀπάγειν τὴν ἐπὶ θανάτῳ argumento esse posse, quod θάνατος non locus sit, quo quis abducatur), miror hanc doctissimi viri dubitationem: nam et apud Homerum saepius legimus νηυσὶν ἔπι γλαφυρῇσιν ἐλαυνέμεν vel νεώμεθα (Il. 5, 327; 11, 274; 22, 392), et apud Aeschylum μὴ 'λθῃς ὁδοὺς σὺ τάσδ' ἐφ' ἑβδόμαις πύλαις (Sept. 714), προπέμπειν ἐπὶ τύμβῳ (ibid. 1059), et apud Euripidem Καπανεὺς προσῆγε λόχον ἐπ' Ἠλέκτραις πύλαις (Phoen. 1129).

b) P. 1273 (hexam.) ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες, qui locus ex Homero sumptus est (Il. 3, 15).

L. 50 ἐπ' ἀλλήλοισιν αἵρεσθαι δόρυ, ubi Lysistrata tragicum morem imitatur; cf. Eur. Phoen. 1247 ἐπ' ἀλλήλοισιν ἱέναι δόρυ.

R. 1294 τὸ συγκλινὲς—ἐπ' Αἴαντι „inclinatum adversus A.", quae verba ab Aeschylo petita sunt (ξίφος addit Hermannus).

3) Tertia particulae significatio, eaque in Atticorum sermone usitatissima, est „apud, ad", cum de aliqua re agitur, quae alteri adhaeret, aut de actione, quae proxime aliquid fit (непосредственная близость). Apud Ar. bis invenimus, locorum situm simul παρά c. acc. et ἐπί c. dat. coniuncto definiri (R. 162 – 163 et 194—195): inter quae id interesse puto, ut illud rem ab alia longius abesse quam hoc indicet illudque „prope, haud procul", „близъ" valeat, hoc res inter se tam propinquas esse significet, ut altera alteram paene attingat, valeatque „apud", „у, при". Ceterum ἐπί praepositio dativo personarum hoc sensu non adiungitur. Locutionum, in quibus ἐπί cum dativo hac vi praeditum est, frequentiores sunt:

ἐπὶ (ταῖς) θύραις: N. 469 ἐπὶ ταῖσι θύραις—καθῆσθαι.

V. 362 ἐπὶ ταῖσι θύραις τηροῦσιν. 1482 τίς ἐπ' αὐλείοισι θύραις θάσσει;

R. 163 παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν ἐπὶ ταῖσι τοῦ Πλούτωνος οἰκοῦσιν θύραις.

Ec. 865 ἐπὶ ταῖς θύραις ἑστώς. 997 ἐπὶ θύραισιν ὄψεται. 1114 παρέστατ' ἐπὶ ταῖσιν θύραις.

ἐπὶ ταῖς πύλαις: E. 1246 — 1247 ἠλλαντοπώλεις — ἐπὶ ταῖς πύλαις;—ἐπὶ ταῖς πύλαισιν. 1398 ἐπὶ ταῖς πύλαις ἀλλαντοπολήσει.

Ceterae locutiones sunt:

V. 125 ἀνεφάνη—ἐπὶ τῇ κιγκλίδι. 552 ὃν—τηροῦσ' ἐπὶ τοῖσι δρυφάκτοις. 754 κἀπισταίην ἐπὶ τοῖς κημοῖς. 802 ὡς Ἀθηναῖοί ποτε δικάσοιεν ἐπὶ ταῖς οἰκίαισι τὰς δίκας, quae Brunckius perperam vertit: „fore ut Ath. aliquando singuli ius dicant *in* suis aedibus". Euripidi sane dicere licuit ἐπὶ δώμασιν ἕλκεις μακρόπνουν ζωάν (Phoen. 1533) et id genus alia (ut Herc. fur. 691. Hipp. 536. Med. 433, de quibus v. Kahlei libellum p. 20), non licuit comico poetae, communem dicendi rationem sequenti: Pluti enim v. 338, qui in libris legitur λόγος γ' ἦν—ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων recte Cobeti coniectura ἐν τοῖσι κ. emendatus est. Sed ἐπὶ ταῖς οἰκίαισι „*ad* aedes" esse luculentissime e sequentibus apparet: κἂν τοῖς

προθύροις ἐνοικοδομήσοι πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ δικαστηρίδιον + πρὸ τῶν θυρῶν. Cf. Michael. p. 22.

P. 770 ἐρεῖ—κἀπὶ τραπέζῃ καὶ ξυμποσίοις „et apud mensam (domi) et in (publicis) conviviis“, de quo loco Meinekeus (Vind. p. 46) haec annotavit: „Dubito an haec integre scripta sint [dicendum erat: dubito an non...], neque enim ἐπὶ συμποσίοις dici potest pro ἐν συμποσίοις... Nisi quis forte τράπεζαν et συμπόσια per notissimam figuram coniuncta esse malit“. Quae mutatio quamvis levis sit, tamen necessaria non est, ut ipse vidit. Neque illud ἐπὶ ξυμποσίοις tam inusitatum est, ut ei videtur, et in anapaestis quidem defendi potest Euripideo ὕμνους ἐπὶ μὲν θαλίαις ἐπί τ' εἰλαπίναις καὶ παρὰ δείπνοις ηὕροντο (Med. 192) et Xenophonteo τοσαύτας αὐτοῖς εὐθυμίας παρεῖχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ (Cyr. 1, 3, 12) et si quae alia sunt de genere eodem. Neque omissio praepositionis in altera parte offensioni potest esse: quod licet apud καί — καί non ita multis locis inveniatur (quamquam sunt qui etiam ibi alteram praepositionem inserendam censeant; v. Frohberger. ad Lys. 1, 2 et appendicem ad h. l.), tamen prorsus ab Atticorum dialecto abiudicari vix potest.

Av. 1232 μηλοσφαγεῖν — βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις, quod non recte vulgo vertunt „oves bovesque *in* aris mactare“: *ad* aras enim hostiae mactabantur. Cf. Verg. Aen. 2, 202 Laocöon sollemnis taurum ingentem mactabat ad aras.

L. 1140 ἱκέτης καθέζετο ἐπὶ τοῖσι βωμοῖς. 1251 ἐπ' Ἀρταμιτίῳ πρόκροον, quae verba Laconum sunt.

Th. 864 ἐπὶ Σκαμανδρίαις ῥοαῖσιν ἔθανον, quae ex Euripide (Hel. 52) sunt deprompta. 886 τόδ' ἐστὶν αὐτοῦ σῆμ' ἐφ' ᾧ καθήμεθα.

R. 195 παρὰ τὸν Αὐαίνου λίθον, ἐπὶ ταῖς ἀναπαύλαις (sc. ἀναμενεῖς) „ad stationes“. 1139 ἐπὶ τῷ τύμβῳ λέγει. 1172 τύμβου — ἐπ' ὄχθῳ τῷδε κηρύσσω, qui versus Aeschyli est (Choeph. 4).

Ec. 627 τηρήσουσ' ἐπὶ τοῖσιν δημοσίοισιν, ubi τόποις simul audiri iubet scholiasta, „ad publica aedificia“. 1107 θάψαι μ' ἐπ' αὐτῷ τῷ στόματι τῆς εἰσβολῆς.

Fr. 585, 2 ἐπὶ Παλλαδίῳ—δώσεις δίκην „apud Palladium“, i. e. „Palladio poenas dabis“, quod, analogia ἐπὶ τοῖς δικασταῖς λέγειν dictum, tralatum sensum habet.

Eodem referendus est hic locus, ubi tamen ἐπί substantivo abstracto iunctum in tralatam notionem deflectit:

R. 1496 ἐπὶ σεμνοῖσιν λόγοισι καὶ σκαριφησμοῖσι λήρων διατριβὴν— ποιεῖσθαι „sermonibus tetricis et subtilibus de nugis disputationibus immorari“.

II. *Tralate* dicitur

1) De rerum *statu* vel *actione* aliqua, quae dum fit, aliud quidpiam simul agitur, ut hic praepositionis usus temporali proximus sit. Nos dicimus „npu“, Latini plerumque „in“.

V. 86 (anap.) ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς καὶ ταῖς εὐχαῖς φήμην ἀγαθὴν λέξομεν ὑμῖν „in libaminibus et votis“.

Th. 313 (lyr.) ταῖσδ' ἐπ' εὐχαῖς φανέντας ἐπιχαρῆναι „ut ad has preces appareant laeti“. 328 (lyr.) φόρμιγξ ἰαχήσειεν ἐπ' εὐχαῖς „lyra accinat precibus nostris“. 721 (lyr.) ἀλλ' οὐ μὰ τὼ θεὼ τάχ' οὐ χαίρων ἴσως | ἐνυβριεῖς, λόγους λέξεις τ' ἀνοσίους | ἐπ' ἀθέοις ἔργοις *. | καὶ γὰρ ἀνταμειψόμεσθά σ', ὥσπερ εἰκός, ἀντὶ τῶνδε. Multa in his debentur virorum doctorum coniecturis. In libris enim legitur: λόγους τε λέξεις ἀνοσίους· | ἀθέοις ἔργοις γὰρ ἀντα— | μειψόμεσθά σ' ὥσπερ εἰκὸς ἀντὶ τῶνδε. „Interpolata haec esse numerorum perversitas ostendit“. Recte haec Dindorfius, sed de emendatione dubito. Nec enim assentior Engero annotanti: „Nimis inepte ἀθέοις ἔργοις cum ἀνταμειψόμεσθα coniunxerunt interpretes. Itaque recte Hermannus, interpunctione post ἀνοσίους sublata, haec ita correxit, — ἀθέοις ἐπ' ἔργοις. καὶ γὰρ—. Nos tamen dochmium restituimus“. Haec ille. Ego vero tantum abest ut verba ἀθέοις ἔργοις ab ἀνταμειψόμεσθα disiungam, ut dativum huic verbo apponi fere necessarium esse existimem: nam quoscunque legi locos, ubi ἀνταμείβεσθαι sensu „remunerari“ dictum est, in omnibus dativum rei inveni; sed vehementer doleo, quod paucissimi sunt: Archiloch. fr. 65 (Bergk.). Aeschyl. Pr. 223. Sept. 1049. Ch. 123. Neque tam inepte, ut vult Engerus, haec verba coniunguntur: impium enim et nefarium est violare eum, qui ad aram confugerit (Bergler.).

Pl. 455 ἐπ' αὐτοφώρῳ—εἰλημμένω „in ipso furto deprehensi“.

2) Sed multo saepius ἐπί eum statum describit, qui alicui rei ansam et occasionem praebuerit, ut praepositionis vis ad causalem proxime accedat: „in, propter“. Eodem sensu nos praepositione „npu“ utimur.

* Punctum post hoc vocabulum in exemplari Velseniano errore typothetae omissum est.

E. 406 πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς „bibe rebus ita laetis“, quae verba Simonidis sunt. (Cf. E. 655. L. 1276). 411 νὴ τοὺς κονδύλους, οὓς πολλὰ δὴ 'πὶ πολλοῖς ἠνεσχόμην „multis de causis“. (Cf. V. 1046). 655 ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσι ταῖς ἠγγελμέναις εὐαγγέλια θύειν. 1318 ἐπὶ καιναῖσιν—εὐτυχίαισιν παιωνίζειν. (Cf. N. 1205). 1320 τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις, ἐφ' ὅτῳ κνισῶμεν ἀγυιάς; „qua de causa“.

N. 1205 ἐπ' εὐτυχίαισιν ᾀστέον μοὐγκώμιον.

V. 869 ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ τὸ πρᾶγμα—ἅπασιν ἡμῖν ἁρμόσαι „felicibus auspiciis res nobis succedat“, ubi ἐπ' ἀγ. τ. non differt a simplici dativo ἀγαθῇ τύχῃ. 1046 σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς (v. E. 411).

L. 1276 ἐπ' ἀγαθαῖς συμφοραῖς ὀρχησάμενοι. 1293 αἴρεσθ' ἄνω—ὡς ἐπὶ νίκῃ „tollite vos sublimes tanquam victoria parta“. (Cf. Ec. 1181).

Th. 1049 πάθος ἀμέγαρτον ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ „calamitatem quam nemo invidet propter malorum praesentiam“.

Ec. 1181 δειπνήσομεν, - εὐαί, ὡς ἐπὶ νίκῃ „parta victoria (laetae)“.

3) Sinceram *causalem* significationem habet ἐπί, quando ex verbis affectuum qui dicuntur suspensum, ut gaudere, superbire, ridere etc., rem indicat, quae causa est eius affectus. Quae verba fere omnia cum solo quoque dativo coniungi possunt. Praepositio et rebus additur (plerumque pronominibus neutri gen.) (a), et personis (b).

a) A. 5 ἐφ' ᾧ - ηὐφράνθην. (Cf. Nub. 561 ἤν δ' ἐμοὶ καὶ τοῖσιν ἐμοῖς εὐφραίνησθ' εὑρήμασιν). 330 ἦ 'πὶ τῷ θρασύνεται;

V. 1317 ἐπὶ τῷ κομᾷς καὶ κομψὸς εἶναι προσποιεῖ;

Av. 803 ἐπὶ τῷ γελᾷς; — ἐπὶ τοῖσι σοῖς ὠκυπτέροις. Ex eodem verbo pendet praepositio in R. 2 et Pl. 799. Dativum solum legimus in E. 696 ἥσθην ἀπειλαῖς, ἐγέλασα ψολοκομπίαις.

R. 2 ἐφ' οἷς—γελῶσιν. 682 ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν ἀμφιλάλοις | δεινὸν ἐπιβρέμεται | Θρῃκία χελιδών, | ἐπὶ βαρβάρῳ ἡδομένη κελάδῳ. | τρύζει δ' ἐπίκλαυτον ἀηδόνιον νόμον κτλ. Ita edidit Velsenus ex incerta admodum coniectura: libri enim praebent ἐπὶ βάρβαρον ἑζομένη πέταλον· κελαρύζει R (ceteri κελαδεῖ). Etsi locus obscurior est, quam ut quidquam pro certo affirmari possit, tamen Velseno non consentio atque librorum lectionem in v. 682 servandam puto. Nam πέταλον in dubium vocavit omnium primus Meinekeus (Vind. p. 169), propterea quod aves non foliis arborum insideant, sed ramis. Quis est qui, haec cum legat, non subrideat? Mitto enim,

quod hoc ipsum „foliis insidere“ in avibus poetae dicere licet: vide Alciphronis fr. 6, a Blaydesio allatum: ἐαρινοῖς ἐφιζάνουσαι πετάλοις ἡδὺ καὶ κωτίλον ἀηδόνες ἐψιθύριζον. Sed ut hoc omittam, quis non videt, nostro loco neque de vera hirundine agi, neque de vero folio? hirundo enim garrulitatem et simul barbariem hominis, folium eius linguam significat; talis igitur hirundo in tali folio insidere recte dici potest, ut ineptissima sit Meinekei coniectura ὑπὸ βάρβαρον ἑζομένη πέταλον. Neque magis probaverim quod alterum Meinekeus ponit: „Ad veram loci scripturam, inquit, ducit opinor optimorum librorum scriptura, qui pro ῥύζει, quae Dindorfii coniectura est, κελαρύζει habent, aliis libris κελαδεῖ praebentibus. In κελαρύζει autem latere suspicor κέλαδον ῥύζει; expungendum igitur videtur πέταλον ab interpolatrice manu ad ἑζομένη additum, postquam κέλαδον ῥύζει in κελαρύζει abierat“. Mihi multo verisimilius videtur, κελαρύζει ex vera scriptura τρύζει eiusque glossemate superscripto κελαδεῖ, quod ipsum in nonnullis codicibus legitur, ortum esse (cf. Fritzschei ann.)*: nec enim in Meinekei emendatione video equidem, neque quomodo evanuerint litterae δον vel potius δον τ (ῥύζειν enim, quod „latrare“ significat, in hirundine haudquaquam dici potest), aut κελαδεῖ pro κέλαδον τρύζει substitutum sit, neque qua ratione additum sit πέταλον, quae vox hic haud cito cuiquam in mentem veniat. Quae cum ita sint, cadit Velseni quoque coniectura, cum praesertim a libris etiam longius recedat neque sensum bonum praebeat. Itaque codicum lectionem retinendam censeo, recepta sola Fritzschei coniectura τρύζει, quam et metrum et res ipsa poscere videtur (v. quae attulit Blaydesius), locumque ita vertendum: „cuius in labris ambigue (i. e. semibarbare) loquentibus vehementer fremit Thracia hirundo, in barbaro folio (i. e. in barbara eius lingua) sessitans“ (ad verbum: „postquam vel quae in barbaro folio consedit“ „сѣвши на варварскій листъ“.

Pl. 799 ἐπὶ τούτοις—γελᾶν.

b) N. 363 (anap.) κἀφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς.

---

* Similiter in Pl. 596, ubi ceteri codices exhibent ἀποπέμπειν aut προσάγειν, solus U habet contra metrum προσπέμπειν, quod haud dubie ex illis duobus conflatum est, cum in codice archetypo scriptum esset ἀποπέμπειν, varia lectione προσάγειν superscripta. Cf. Bamberg. 1885, p. 17.

V. 1533 (lyr.) ἡσθεὶς ἐπὶ τοῖσιν ἑαυτοῦ παισίν. Dativum solum vide in E. 696, quem supra attuli.

Ec. 965 (lyr.) τί μ' ἐκμαίνεις ἐπὶ ταύτῃ; „huius desiderio me in furorem agis", ubi ἐκμαίνεις idem est atque ἐκμαίνεσθαι ποιεῖς.

4) A causali notione non multum abest *finalis* („ad, causa"), quo sensu ἐπί accusativo quoque iungitur, ut supra diximus (p. 144). Ut accusativo, ita dativo praepositio fere non iungitur nisi abstractorum nominum; nam, cum aliis additur, breviloquentiae cuidam id debetur (v. E. 469). Inter utramque constructionem id interest, quod accusativo (praeter locutiones ἐπὶ τί, ἐπὶ τοῦτο, ἐπὶ ταῦτα) praepositio tum iungitur, cum ex verbis *movendi* suspensa illud significat, quod aliquis petens tanquam ad locum accedere conatur; dativo autem iungitur praepositio, quando consilium *agendi* indicat, ut ex omnis generis verbis suspendi possit, rarius tamen ex verbis motum significantibus. Quae res ut exemplis comprobetur, liceat mihi haec duo afferre. In V. 487 recte Ar. accusativo utitur ἐπὶ τυραννίδ' ἐστάλης: nam Bdelycleo ad tyrannidem, tanquam ad rem aliquam, contendere fingitur; sed paulo post (vv. 495 et 498) consilium agendi dativo exprimitur: ὀψωνεῖν—ἐπὶ τυραννίδι et γήτειον αἰτεῖς—ἐπὶ τ.; similiter in L. 630 ταῦθ' ὕφηναν ἡμῖν—ἐπὶ τ. Eandem ob causam Xenophon in una eademque paragrapho (Anab. 1, 6, 10) dixit et ἔλαβον τῆς ζώνης τὸν 'Ορόντην ἐπὶ θανάτῳ, ubi accusativum ponere absurdum esset, et ἐπὶ θάνατον ἄγοιτο, sed alio loco (Anab. 5, 7, 34) eodem sensu ἄγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ dixit: illud tum respondendum est, cum interrogatur, *quo* quis ducatur („вести кого *на* казнь"), hoc—*quo consilio* vel *cur* ducatur („вести кого *для* казни"). Quibus expositis iam licet mihi ad Ar. redire huiusque generis omnes locos eius afferre.

ἐπ' ἀγαθῷ: E 1226 ἔκλεπτον ἐπ' ἀγαθῷ—τῇ πόλει „reipublicae bono".

R. 1487—1488 ἄπεισιν - ἐπ' ἀγαθῷ μὲν τοῖς πολίταις, ἐπ' ἀγαθῷ δὲ τοῖς ἑαυτοῦ ξυγγενέσι τε καὶ φίλοισι.

Pl. 888 οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ - ἐνθάδ' ἐστὸν οὐδενί.

ἐπὶ βλάβῃ: Th. 337 ἐπικηρυκεύεται Εὐριπίδῃ Μήδοις τ' ἐπὶ βλ. τινὶ τῇ τῶν γυναικῶν „cum damno mulierum". 360 ἐξαπατῶσιν—ἐπὶ βλ. 366 Μήδους ἐπάγουσι γῇ—ἐπὶ βλ.

ἐπὶ τυραννίδι: V. 495 ὀψωνεῖν—ἐπὶ τ. 498 γήτειον αἰτεῖς—ἐπὶ τ.

L. 630 ταῦθ' ὕφηναν ἡμῖν—ἐπὶ τ.

Aliae locutiones:

E. 468—469 καὶ ταῦτ' ἐφ' οἷσίν ἐστι συμφυσώμενα ἐγῷδ'· ἐπὶ γὰρ τοῖς δεδεμένοις χαλκεύεται, ubi ἐπὶ τοῖς δεδ. breviter dictum est pro ἐπὶ τῷ ἀποδόσθαι τοὺς δεδ. „ut vendat vinctos". Totum hunc locum schol. ita interpretatur: ἐπὶ τίνι συμπνέουσι καὶ ὁμοφρονοῦσιν ὅ τε Κλέων καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι, φησὶν αὐτὸς οὐκ ἀγνοεῖν.— τοῖς δεδεμένοις· τουτέστι τοῖς τριακοσίοις τῶν Λακεδαιμονίων, οὓς ἀπὸ Πύλου καὶ Σφακτηρίας ἤγαγεν. οὓς εἶπεν ἀποδεδόσθαι βούλεσθαι τὸν Κλέωνα.

Av. 438 τούσδ' ἐφ' οἷσπερ τοῖς λόγοις συνέλεξ' ἐγώ, quod recte Kockius Germanice vertit „zu deren Anhörung". 460 ἐφ' ὅτῳπερ πράγματι—ἥκεις. 583 τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκοψάντων ἐπὶ πείρᾳ, quod recte altero scholio explanatur: ἵνα πειραθῶσιν ἡμῶν εἰ θεοί ἐσμεν (dicendum erat ὑμῶν — ἐστε). 1444 ἐπὶ τραγῳδίᾳ ἀνεπτερῶσθαι καὶ πεποτῆσθαι τὰς φρένας „ad scribendas tragoedias".

L. 344 ἅς — ἴδοιμι — πολέμου καὶ μανιῶν ῥυσαμένας Ἑλλάδα καὶ πολίτας, ἐφ' οἷσπερ — σὰς — ἔσχον ἕδρας „cuius rei causa". 578 τοὺς—συνισταμένους—καὶ τοὺς πιλοῦντας ἑαυτοὺς ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖσι, h. e. ἐπ' ἐλπίδι τοῦ ἄρχειν, ut ait schol.

Th. 84 περί μου—ἐκκλησιάζειν ἐπ' ὀλέθρῳ „in perniciem meam". 894 ἀνῆλθεν ὡς τὰς γυναῖκας ἐπὶ κλοπῇ τοῦ χρυσίου.

R. 404—405 κατεσχίσω—ἐπὶ γέλωτι κἀπ' εὐτελείᾳ καὶ τὸ σανδαλίσκον καὶ τὸ ῥάκος „risus parsimoniaeque causa".

Ec. 573 κοινῇ—ἐπ' εὐτυχίαισιν ἔρχεται γνώμης ἐπίνοια „in communem felicitatem advenit mentis sollertia".

Interdum praepositio non tam consilium, quo aliquid geritur, quam id, quod alicunde consequitur, significans ita usurpatur, ut id, quod praepositione dativo apposita indicatur, idem fere sit atque id, quod enuntiatione consecutiva, quae notio ei, quam modo attuli, simillima est. Cuius usus unum exstat exemplum:

Pl. 891 ὡς δὴ 'π' ἀληθείᾳ—διαρραγείης, de quo loco Meinekeus (Vind. p. 217) est audiendus: „Sensum loci, cui Hemsterhusius inveteratum ulcus inhaerere statuit, hunc esse puto: *utinam haec vera sint tuque prae inedia disrumparis.* Ad ἐπ' ἀληθείᾳ, proprie *ea lege ut vera sint quae tu loqueris*, supplendum τῶν σοι λελεγμένων, eadem dicendi brevitate, qua v. 910 legitur εἴ σοι προσῆκον μηδέν, *cum nihil eorum quae tu satagis ad te attineat.* Si-

militer ἐπ' ἀληθείᾳ dictum est ab Aeschylo Suppl. 628 Ζεὺς ἐφορεύοι ξένιος ξενίου στόματος τιμὰς ἐπ' ἀληθείᾳ, *ita ut vera sint quae praedicamus*" etc. Haec ille. Mihi vero, ut dixi, praepositio potius consecutionem vel consilium indicare videtur: „utinam prae inedia disrumparis, ut vera te dicere inde appareat". Eiusdem notionis exempla invenies in Aesch. Sept. 879 μελέους θανάτους ηὕροντο δόμων ἐπὶ λύμῃ „miseras mortes invenerunt ita, ut inde excidium domorum consequeretur". Soph. Ant. 792 σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ, quod Nauckius graece interpretatur ὥστε λώβην γίγνεσθαι. (Cf. Lalin. p. 49). Alii minus probabiliter in Aristophanis loco ἐπ' ἀλ. idem esse quod ἀληθῶς „vere" putant, quae significatio ne in Aeschylea quidem verba satis quadrat.

5) Porro eadem praepositione indicatur *condicio*, qua quid fit („cum condicione", „съ условіемъ").

ἐπὶ τούτοις: E. 1384 ἔχε ἐπὶ τούτοις τουτονὶ τὸν ὀκλαδίαν „his condicionibus".

P. 706 ἐπὶ τ. τὴν 'Οπώραν λάμβανε.

Av. 445 ὄμνυμ' ἐπὶ τ.

R. 589 κἀπὶ τ. λαμβάνω.

Pl. 1168 ἐπὶ τ. εἰσίω;

ἐφ' ᾧτε (c. inf.): A. 722 ἐφ' ᾧτε πωλεῖν „ea condicione ut", quem versum, ut e v. 625 conflatum, Meinekeus Elmsleio duce delendum censuit.

Th. 1162 ἐφ' ᾧτ' ἀκοῦσαι.

Pl. 1000 ἐφ' ᾧτ' ἐκεῖσε μηδέποτέ μ' ἐλθεῖν. 1141 ἐφ' ᾧτε μετέχειν καὐτός.

Aliae locutiones:

Av. 1162 κἂν διαλλαττώμεθα ἐπὶ τοῖσδε.

L. 251 ἐφ' οἷσιν—εἴπομεν „ea, qua diximus, condicione".

6) Ab hoc usu non multum abest, cum praepositio *pretium* significat, quo aliquid fit („за").

Av. 154 'Οπούντιος οὐκ ἂν γενοίμην ἐπὶ ταλάντῳ χρυσίου.

7) Porro ἐπί alicui rei aliquid *addi* significat, id quod Latine praepositionibus „ad, praeter" exprimitur, Rossice „кромѣ, сверхъ".

P. 1025 σχίζας — τιθέναι τά τε πρόσφορα πάντ' ἐπὶ τούτοις „insuper".

Pl. 1001 καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν.

Huc pertinent etiam nonnullae locutiones, ubi praepositio cum nomine cibi coniungitur, quo*cum* aliquid comeditur („съ").

A. 835 παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν μᾶδδαν, de quo Meinekeus (Vind. p. 15): „Subit animum dubitatio de praepositione ἐπί, quam ferrem si hic legeretur ἅλα ἐπὶ τῇ μάζῃ. Maza cibus est, sal obsonium quo maza conditur, quod simul cum maza estur. Cf. Pac. 123... Itaque nisi quis docere sustineat, mazam obsonii loco sali superadditam fuisse, non credam recte dictum esse quod in libris legitur. Conieci igitur παίειν ἐφαλίσταν μᾶζαν, i. e. *mazam sale conditam*. Similiter ἐφάλμια [ἔφαλμα?] βρώματα dicuntur *cibi* muria conditi". Levia sunt haec tantoque viro indigna: nam, quidquid superest litterarum Graecarum, frustra quaeras vocabulum ἐφάλιστος: nova autem verba, de quibus nihil traditum est, quo iure possumus in coniecturas admittere? Neque pluris est illud παίειν ἅλα ἐπὶ τῇ μάζῃ. Namque ἐπί, ut e principali significatione eius („apud, praeter", „при, сверхъ") patet, eius cibi nomini iungi debet, qui minoris est momenti, ut ita dicam, ut ἐπί cum vocabulo suo etiam omitti possit sine magno sententiae damno. Itaque παίειν ἅλα ἐπὶ τῇ μάζῃ dici non potest, quia non sal cum maza, sed maza cum sale estur. Quodsi aliis locis ἐπί nomini cibi, velut panis, iungitur, quocum aliquid, velut piscis, pro obsonio estur, in causa est, quod piscis, ut pane dulcior, maioris momenti esse putatur. Ceterum unus locus mihi in promptu est, ubi praepositio, ut in nostro loco, ei rei iuncta est, quae pro obsonio habetur: Antiphan. III, p. 12, v. 11 τρίγλας, ἔδεσμα τοῦ καλοῦ Καλλισθένους· κατεσθίει γοῦν ἐπὶ μιᾷ τὴν οὐσίαν (ubi verbo τρίγλη ad meretriculam alludi, cui Trigla vel Triglis nomen fuerit, annotat Schweighaeuserus): nam procul dubio οὐσία pro ipso cibo, τρίγλη pro obsonio habetur. Cf. etiam E. 707. Recte igitur habet locus noster recteque a scholiasta explicatur: ἐσθίειν μετὰ τῶν ἁλῶν τὸν ἄρτον. — 967 ἐπὶ ταρίχει τοὺς λόφους κραδαινέτω, ubi κραδ. praeter exspectationem dictum est pro φαγέτω. Libri ταρίχῃ; correxit Reiskeus.

E. 707 ἐπὶ τῷ φάγοις ἥδιστ' ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ; ubi schol.: ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἐπ' ἰχθύσι φάγοις ἄν, οἷον μετὰ ἰχθύων. ἢ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἐπὶ τραπεζίῳ, πικρῶς εἶπεν ἐπὶ βαλλαντίῳ, ἵνα διαβάλῃ ὡς κλέπτην καὶ τῶν δημοσίων ἅρπαγα. Quarum interpretationum illa mihi hac multo verisimilior videtur. Mensa enim quae sit, ad suavitatem cibi nihil fere interest, obsonium vero magni momenti est. Hunc versum Kockius in dubium vocavit, cum diceret, διαβιῶναι ἐπὶ γογγυλίσι πάντα τὸν βίον recte dici posse, ἐσθίειν ἐπὶ γογγυλίσι non

item. Quare coniecit ἐπὶ τῷ φαγὼν ἥδοιτ' ἄν; quod ita germanice vertit: „worüber würde er sich wohl freuen, wenn er es zu essen bekäme?“ At quomodo φαγών verti possit „wenn er es zu essen bekäme“, equidem non video, nec quidquam aliud ista significant, nisi „qua re gaudeat, cum (postquam) ederit?“ quod paene sensu caret. Quod autem Kockius dicere *voluit*, id esset graece ἐπὶ τῷ ἐσθίων ἥδοιτ' ἄν; (vel potius τί ἐσθίων ἥδοιτ' ἄν;): v. Goodwini Synt. § 24. Madvig. § 183. In eodem errore versatur Meinekei coniectura (Vind. p. 61) ἐπὶ τῷ φάγοις ἡσθεὶς ἄν, i. e. ἐπὶ τῷ ἡσθεὶς φάγοις ἄν, ubi illud quoque offendit, quod τῷ neminem puto de cibo accepturum esse, quae est procul dubio mens poetae, sed de alia re, qua Cleonem gavisurum ait isiciarius. Omnium optimum esse dicerem quod Schneiderus proposuit (N. Jahrb. f. Phil. v. 115, p. 296 sq.): ἐπὶ τῷ φάγοις ἥδιστά μ'; ἐπὶ βαλλαντίῳ; nisi solus optativus, loco optativi cum ἄν coniuncti dictus, ab Atticorum usu abhorreret: v. Kr. II, 54, 3, 7—8. Madvig. § 138, ann. 2. Melior est altera eius coniectura: ἐπὶ τῷ φάγοις μ' ἥδιστ' ἄν. Sed videamus, num librorum scriptura retineri possit. Nam Kockio plane consentirem, si ἐπὶ τῷ φάγοις ἄν sensu τί φάγοις ἄν dictum esset. Sed longe aliter res se habet. Nam, ut nos „ѣсть“ intransitive dicimus, ita Graeci quoque ἐσθίειν, animoque isiciarii obversatur aliquid, velut „panis“, cui βαλλάντιον obsonii loco additurus est. Similiter nomen cibi omissum est in Pl. 628. Eadem ratione loquendi nos quoque utimur, cum dicimus: „съ какимъ хлѣбомъ будете вы сегодня кушать?“ ubi aliquod cibi genus, ut супъ, мясо, ad кушать simul auditur. Itaque haec sic interpretari licet: „quod obsonium tibi dulcissimum est? nonne crumena?“.

P. 123 ἕξετε—κολλύραν μεγάλην καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ.

Pl. 628 μεμυστιλημένοι—ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις, quod est ζωμὸν ῥοφήσαντες „iusculum sorbentes cum paucissimo pane“.

Fr. 630 ἐπὶ τῷ ταρίχει τὸν γέλωτα κατέδομαι.

8) Eadem praepositione indicatur persona, *penes* quam aliquid est.

V. 650 χαλεπὸν—καὶ δεινῆς γνώμης καὶ μείζονος ἢ 'πὶ τρυγῳδοῖς ἰάσασθαι νόσον ἀρχαίαν „difficilis est labor, cui adhibendum acrius maiusque ingenium, quam ut comicorum sit, morbum sanare inveteratum“.

Av. 638 ἐπὶ σοὶ τάδε πάντ' ἀνάκειται „на тебѣ (на твоей обязанности) лежитъ все это“. Meinekeus, cum in editione Hamakeri

coniecturam ἑνί pro ἐπί accepisset, in Vindiciis (p. 99) Kockio assentitur, librorum scripturam revocanti, adscripto loco Antiphontis 5, 6.

9) Haud raro ἐπί c. dat. in eo dicitur, *contra* quem aliquis aliquid infenso animo agit. Eandem significationem „contra" ἐπί cum acc. quoque coniunctum habere supra vidimus: hoc plerumque hostilem motum, illud infestam actionem infensumque animum designat.

A. 660 πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω „quidlibet adversus me struat".

E. 236 ὁτιὴ 'πὶ τῷ δήμῳ ξυνόμνυτον.

V. 1040 ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσιν ὑμῶν ἀντωμοσίας κτλ. συνεκόλλων.

P. 620 ἠγριωμένους ἐπ' ἀλλήλοισι. 621 πάντ' ἐμηχανῶντ' ἐφ' ὑμῖν.

Av. 334 γένος ἀνόσιον—ἐπ' ἐμοὶ πολέμιον ἐτράφη, ubi praepositio magnam dubitationem habet: nam et singularis constructio est, et metrum totius loci laborat. 526 ἐφ' ὑμῖν—ἵστησι βρόχους.

10) Postremo loco ea exempla ponam, in quibus ἐπί rem indicat, quam aliquid *consequitur* („post", „послѣ, вслѣдъ за").

A. 13 ἕτερον ἥσθην, ἡνίκ' ἐπὶ Μόσχῳ ποτὲ Δεξίθεος εἰσῆλθ' ᾀσόμενος Βοιώτιον, ubi schol.: ἀντὶ τοῦ μετὰ τὸν Μόσχον. ἦν δὲ οὗτος φαῦλος κιθαρῳδός, πολλὰ ἀπνευστὶ ᾄδων. Εἰς τὸ αὐτό. ὁ Μόσχος κιθαρῳδὸς 'Ακραγαντῖνος. τινὲς οὕτως, ὅτι ὁ νικήσας ἆθλον ἐλάμβανε μόσχον.. ὁ δὲ Δεξίθεος ἄριστος κιθαρῳδὸς καὶ Πυθιονίκης. οἱ δὲ ψυχρὸν αὐτὸν εἶναί φασιν. Quarum interpretationum alia ab aliis probatur. Equidem illam priorem unice veram esse existimo, primum quod de vitulo, victoris praemio, nullum ex tota antiquitate testimonium affertur*; deinde quod Moschi patriam vitiumque (πολλὰ ἀπνευστὶ ᾄδων) scholiastam excogitasse parum probabile est; tum quod Moschi nomen etiam in proverbium abiit (Μόσχος ᾄδων Βοιώτιον apud Apostolium 11, 74); denique quod haec interpretatio ad rationem loci aptissima est: nam ut in praecedentibus versibus Dic. cor sibi cruciatum esse ait, cum optimum poetam Aeschylum malus ac frigidus secutus esset, ita hic delectatum se esse dicit, cum malo citharoedo Moscho successisset optimus Dexitheus. Accedit quod, si de vitulo ageretur, quod usitatum praemium citharoe-

* «De quo aliunde non constat nec per se probabilis videtur res esse, cum citharoedis in agone vincentibus luculentiora praemia dari solita fuerint (cf. Mommseni Heortol. p. 139 sq.)». Schneiderus in N. Jahrb. f. Phil. v. 115, p. 310.

dis proponeretur, ἐπὶ τῷ μόσχῳ potius dicendum esset. Tertiam explicationem, facetam magis quam veram, nuper protulit Schneiderus (N. Jahrb. f. Ph. v. 115, p. 310 sq.): „Suspicor, inquit, suis ipsius verbis aliquid ridiculi admisisse Dexitheum cantantem, quod auditorum animis etiam postea non minus inhaeserit quam Hegelochi ille in loquendo commissus error γαλήν' ὁρῶ... Nam si Dex. dixit metro usus dactylico:—ἐπὶ Μόσχῳ ἐσέρχομαι ; ᾀσόμενος Βοιώτιον—, hac vocum collocatione, quam Dic. servavit, invitus effecit ut dixisse videretur ἐπὶ μόσχῳ ἐσέρχεσθαι, i. e. vitulo insidentem intrare se ad cantandum Βοιώτιον μέλος, non quod ipse volebat post Moschum se intrare".

N. 480 ἵνα μηχανὰς ἤδη 'πὶ τούτοις πρὸς σὲ καινὰς προσφέρω „posthac", quod etiam „secundum haec" verti potest, ut ἐπί logicam, quae vocatur, exprimat consecutionem.

P. 1085 ἐπὶ τῷ πραχθέντι ποιήσεις ὕστερον οὐδέν „post id quod iam actum est", i. e. ἐπὶ τῷ γενέσθαι τὴν εἰρήνην (schol.).

L. 1295 πρόφαινε—μοῦσαν ἐπὶ νέᾳ νέαν „profer cantilenam de nova novam".

Th. 1045 ὅς ἔμ' ἀπεξύρησε πρῶτον, ὅς ἐμὲ κροκόεν τόδ' ἐνέδυσεν· ἐπὶ δὲ τοῖσδ' εἰς τόδ' ἀνέπεμψεν ἱερόν „postea".

Ec. 82 τἀπὶ τούτοις δράσομεν „faciemus quae post haec facienda sunt". Idem legitur in

Pl. 57 ἢ τἀπὶ τούτοις δρῶ, quod schol. interpretatur: τὰ ἐπὶ τῇ ἀπειλῇ.—τὰ δὲ ἐστὶ πληγαὶ καὶ τραύματα.

C. 'Επί, c. gen. coniunctum,

I. *Locali sensu*

1) Aliquid alicui rei impositum *in summa* ea commorari vel universe ea niti aut ibi fieri significat („super, in", „на"). Eodem significatu, ut supra diximus, ἐπί dativo quoque iungitur. Quaerenti mihi, quid inter utramque constructionem interesset, sensus quidem discrimen esse nullum visum est*: nam in eadem vel simillima

* Falsa est enim subtilis illa Kruegeri distinctio (I, 68, 41, 1) qua «bei ἐπί mit dem Ge. wird eine mehr zufällige, freiere Verbindung gedacht; bei ἐπί mit dem Da. schwebt mehr der Begriff der Zugehörigkeit vor»: nam ut necessaria est coniunctio rerum in N. 1176 et Av. 487, sic fortuita in L. 1026. Th. 1182 aliis multis.

re Ar. utraque constructione utitur, ut in E. 783 ἐπὶ ταῖσι πέτραις καθήμενον dativo iunxit praepositionem, in E. 754 ὅταν ἐπὶ ταυτησὶ καθῆται τῆς πέτρας in eadem prorsus re genetivo. Similiter in V. 1040 dixit ἐπὶ κοίταις, in L. 575. 732. Ec. 909 in re simillima ἐπὶ κλίνης. Neque aliter ὑπό prorsus eadem significatione et genetivo et dativo iungitur. Attamen est ubi Aristophanis consuetudo aut dativum solum, aut genetivum admiserit: •velut personae semper in dativo dicuntur, iumenta autem et vehicula in genetivo (quorum exempla infra ponam). Nec dubium est, quin a certis quibusdam dictionibus alterutrum ex his duobus exclusum fuerit, ut neminem unquam Atticorum puto dixisse ἐπὶ Ληναίου, sed semper ἐπὶ Ληναίῳ: Ar. A. 504. Dem. 21, 10. Plat. Protag. 327 D. Hesych. in v. ἐπὶ Ληναίῳ. Sed omnino genetivum multo usitatiorem dativo in quotidiano Atticorum sermone fuisse vel inde clarissime apparet, quod Ar. hoc sensu ἐπί iungit dativo in senariis 11-ies, in alio genere versuum 13-ies (quo annumeravi etiam V. 1293, ubi Ar. tragicos imitatur), genetivo autem in senariis 48-ies, in aliis numeris 14-ies*. Quibus rebus expositis, iam locos afferam. Saepissime praepositio his vocabulis additur:

ἄνθραξ: Fr. 68, 2 ὀπτωμέναις—ἐπὶ τῶν ἀνθράκων. 135 ἐπ' ἀνθράκων, ubi verbum ὀπτᾶν vel φρύγειν vel simile aut addendum est, aut audiendum.

κεφαλή: Av. 487 (anap.) ἔχων ἐπὶ τῆς κ. τὴν κυρβασίαν. 515 (anap.) ὁ Ζεὺς—ἀετὸν ὄρνιν ἕστηκεν ἔχων ἐπὶ τῆς κ. βασιλεὺς ὤν, ἡ δ' αὖ θυγάτηρ γλαῦχ', ὁ δ' Ἀπόλλων ὥσπερ θεράπων ἱέρακα, de quo loco Meinekeus (Vind. p. 92) cum alia, tum haec annotavit: „Non sine causa miratur Kockius insidentem Jovis capiti aquilam locumque gravi vitio laborare suspicatur. Comparari tamen possunt quae leguntur in oraculo commenticio Equ. 1092 ἀλλ' ἐγὼ εἶδον ὄναρ—καὶ μοὐδόκει ἡ θεὸς αὐτὴ (Minerva) ἐκ πόλεως ἐλθεῖν καὶ γλαῦξ αὐτῇ 'πικαθῆσθαι, quod non diversum ab ἐπὶ τῆς κεφαλῆς". Adde quod Veneris quoque capiti columba insidens antiquitus fingebatur, ut, praesertim in tanta paucitate operum antiquioris artis, suspicari liceat, Aristophanem Jovis quoque talia simulacra vidisse.

* Errat igitur Rutherfordius, qui hunc dativi usum a comicis omnino abiudicat (Babrius, p. 7).

Nec enim credo neque Bentleio, qui τῆς χειρός pro τῆς κεφαλῆς reponendum censuit, neque Blaydesio τοῦ σκήπτρου conicienti: nam violentior est mutatio; neque denique Kockii τῆς σκυτάλης, ut comice pro τοῦ σκήπτρου dictum, probaverim, quod Pithetaerus serio loquitur. Accedit quod verba ἐπὶ τῆς κεφαλῆς non ad Jovem solum pertinere videntur, sed etiam ad Minervam, quam ex E. 1092 quoque patet noctuam habuisse *in capite*, ut ad verba ἡ δ' αὖ θυγάτηρ γλαῦχ' audienda sint ἕστηκεν ἔχουσα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, quod fieri non posset, si Ar. scripsisset ἐπὶ τοῦ σκήπτρου vel simile. Recte igitur se habet scholiastae annotatio: ἐπειδὴ εἰώθεσαν τὰ ἀφιερωμένα ἑκάστῳ θεῷ ὄρνεα ἐπὶ κεφαλῆς ἱδρύεσθαι.

Ec. 222 ἐπὶ τῆς κ. φέρουσιν.

Pl. 1198 τὰς χύτρας—ἐπὶ τῆς κ. φέρε.

κλίνη: L. 575 (anap.) ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ κλίνης ἐκραβδίζειν τοὺς μοχθηρούς, de quo loco vide quae Meinekeus in Com. Fragm. 2, p. 273 annotavit. 732 διαπετάσασ' ἐπὶ τῆς κλ.

Ec. 909 (lyr.) κἀπὶ τῆς κλ. ὄφιν ψυχρὸν εὕροις.

ξύλον: N. 1431 (tetram. iamb.) κἀπὶ ξύλου καθεύδεις, ubi in R sine sensu legitur κἀπὶ πλεῖον.

V. 90 ἢν μὴ 'πὶ τοῦ πρώτου καθίζηται ξύλου.

πέτρα: E. 754 ὅταν — ἐπὶ ταυτησὶ καθῆται τῆς π. 956 λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν.

Av. 836 οἰκεῖν ἐπὶ πετρῶν.

τέγος: N. 1502 οὐπὶ τοῦ τέγους.

V. 68 δεσπότης—οὐπὶ τοῦ τ.

L. 389 ὁ—ἀδωνιασμὸς—οὐπὶ τῶν τεγῶν. 395 ἡ γυνὴ 'πὶ τοῦ τέγους, ubi recte Bachmannus (p. 24) et Blaydesius, verbis transpositis, scribendum censent ἡ 'πὶ τοῦ τ. γυνή. Cf. Mein. Vind. p. 124.

Fr. 11 (lyr.) κἀπὶ τέγους.

τράπεζα: A. 1158 (lyr.) ἐπὶ τραπέζης κειμένη, ubi tamen libri dissentiunt, aliis et Suida genetivum, aliis (in quibus Rav.) dativum praebentibus. Quorum cum neutrum pro certo affirmari possit, malim dativum, quippe qui et optimi codicis auctoritate nitatur, et ab arte palaeographica commendetur: nam τραπέζης ex τραπέζηι ortum esse probabile est.

E. 771 (anap.) ἐπὶ ταυτησὶ (=τῆς τραπέζης) κατακνησθείην.

τροχός: P. 452 ἐπὶ τοῦ τρ. — ἕλκοιτο: v. Richii Lexicon in v. Rota p. 525, 3.

L. 846 et Pl. 875 ἐπὶ τροχοῦ στρεβλούμενον.

Sequuntur aliae locutiones.

A. 82 κἄχεζεν — ἐπὶ χρυσῶν ὀρῶν. 638 (anap.) ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε.

N. 218 οὐπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ. 1176 ἐπὶ τοῦ προσώπου—ἐστὶν ἀττικὸν βλέπος.

V. 332 (lyr.) λίθον,—ἐφ' οὗ τὰς χοιρίνας ἀριθμοῦσιν.

P. 896 ἐπὶ γῆς παλαίειν. 938 βωμὸν ἐφ' ὅτου θύσομεν.

Av. 40—41 οἱ μὲν—τέττιγες — ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσ', Ἀθηναῖοι δ'—ἐπὶ τῶν δικῶν ᾄδουσι. 293 (tetram. troch.) ὥσπερ οἱ Κᾶρες μὲν οὖν ἐπὶ λόφων οἰκοῦσιν—ἀσφαλείας οὕνεκα, de quo loco Herwerdenus (Hermae v. 24, p. 615) haec annotavit: „Manifestum est a poeta aliquid scriptum fuisse, quod alio sensu de Caribus, alio de avibus intellegi posset. Tale fuerit: τοὺς λόφους ἔχουσιν, cuius lectionis interpretamentum hodie, ni fallor, textum occupat". Itaque, si recte eum intellego, de avibus censet v. λόφος sensu „crista" accipiendum, ut sit „cristas habent", de Caribus sensu „collis", ut sit „colles tenent, in collibus habitant". Quam coniecturam evertunt verba ἀσφαλείας οὕνεκα. Nam quod Cares avesque in collibus habitare dicuntur incolumitatis causa, nihil mirum est; sed cristam quis, quaeso, gerit ἀσφαλείας οὕνεκα? Neque vero Kockius debebat in v. οἰκοῦσιν, de avibus dicto, haerere: nam huius loci rationem hanc esse puto: Euelpidi interroganti, quid sibi velint avium cristae, et suspicanti, eas ad diaulum currendum venisse, Epops, alio sensu eius quaestionem accipiens (de quo v. supra p. 143), respondet, aves non ut diaulum melius spectarent collem occupasse, sed quia, ut Cares, in collibus habitare consuessent incolumitatis causa.—510 (anap.) ἐπὶ τῶν σκήπτρων ἐκάθητο. 742 (lyr.) ἱζόμενος μελίας ἐπὶ φυλλοκόμου.

L. 31 (ὁλῆς τῆς Ἑλλάδος ἡ σωτηρία) ἐπ' ὀλίγου τἄρ' εἴχετο „на волоскѣ держалось", quem locum Dobraeus inutili coniectura sollicitavit, cum reponi iuberet ἐπ' ὀλίγου γ' ᾠχεῖτ' ἄρα, coll. E. 1244 et Fr. 150, 1. Alii alia coniecerunt. Harum mutationum causa ea fuit, quod ἔχεσθαι solo genetivo iungi putabant, addita praepositione non item. Quod quam vehementer erraverint tot tantique viri, mirum mihi videtur: aliud enim est ἔχεσθαί τινος „держаться за что" „aliquid tenere, prehendere", aliud ἔχεσθαι ἐπί τινος „держаться на чемъ" „in alqa re niti". Atque hoc duobus exemplis

confirmatur, quorum alterum est Herod. 6, 11 ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, alterum Soph. Ant. 1141 βιαίας ἔχεται πάνδαμος πόλις ἐπὶ νόσου, quae quidem illi sane item pro corruptis habent.—231 et 232 οὐ στήσομαι λέαιν' ἐπὶ τυροκνήστιδος. 923 αἰσχρὸν—ἐπὶ τόνου, ubi συνουσιάζειν vel κατακεῖσθαι vel simile quid audiendum est.

Th. 693 ἐνθάδ' ἐπὶ τῶν μηρίων πληγὲν — φοινίας φλέβας „super femora", quod bene schol. interpretatur: τῶν βωμῶν („in ara"), ἀπὸ τοῦ τὰ μηρία ἐπάνω ἀποκεῖσθαι, nisi quod rectius ἐπὶ τοῦ βωμοῦ dixisset. Ceterum Bakhuyzenus hunc locum exhibere Telephi Euripidei parodiam recte censere videtur (p. 120).

R. 928 ἐπ' ἀσπίδων ἐπόντας γρυπαιέτους. 1403 ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα καὶ νεκρῷ νεκρός, quem versum apud Aeschylum sequebatur ἵπποι δ' ἐφ' ἵπποις ἦσαν ἐμπεφυρμένοι (v. schol. Eur. Phoen. 1194). Non sine causa viros doctos offendit diversa eiusdem praepositionis in eodem versu coniunctio. Quare, ut alios omittam, Velsenus, prava scriptura codicis M νεκρῶν nixus, corrigendum νεκροῦ suspicatur. Sed illa lectio evidentissime e scriptura νεκρῶι aut per imprudentiam orta est, aut dedita opera congruentiae aequalitatisque causa pro vera νεκρῷ substituta est: nam quamvis mira sit nobis quidem haec duplex constructio, retinenda tamen videtur, quippe quae et Aristophanis et scholiastae Euripidei codicum consensu defendatur.

Ec. 756 τί δῆτ' ἐπὶ στοίχου 'στὶν οὕτως; „in linea", i. e. „ordine stant".

Pl. 256 (tetram. iamb.) ὁ καιρὸς—ἔστ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς „in ipso articulo". 382 ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδούμενον. 996 τἀπὶ τοῦ πίνακος τραγήματα ἐπόντα.

Fr. 133 ἐπὶ τοῦ περιδρόμου στᾶσα τῆς συνοικίας „in ambitu cohabitationis". 281, 2 καθηῦδ' ἐπὶ τοῦ λυχνιδίου. 474, 2 ἐπὶ τοῦ κορήματος καθέζομαι „in sordibus". 544 τίς—ἐστιν—ἐπὶ τῶν κοχωνῶν „in clunibus", ut Kockius de coniectura edidit. (557 κατακαίειν ἐπὶ φαλήτων συκίνων ἑκκαίδεκα „in sedecim phallis ficulnis").

Seorsum agendum censeo de *vehiculis iumentisque*, quibus quis vehitur vel vehens aliquid facit.

A. 71 ἐφ' ἁρμαμαξῶν—κατακείμενοι.

E. 968 ἐφ' ἅρματος χρυσοῦ διώξει Σμικύθην καὶ κύριον.

P. 81 αἴρεται—ἐπὶ τοῦ κανθάρου. 699 κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.

L. 60 ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασι. 561 (anap.) ἄνδρα φυλαρχοῦντ' εἶδον ἐφ' ἵππου, ut recte legitur in nonnullis deterioribus codicibus et apud Suidam, perperam ἔφιππον (aut ἐφ', ἵππον, v. Blaydes. ann.) in Rav — 723 ἐπὶ στρούθου—πέτεσθαι.

R. 52 ἐπὶ τῆς νεὼς ἀναγιγνώσκοντι.

Pl. 1014 ὀχουμένην ἐπὶ τῆς ἁμάξης.

Eodem referenda est locutio proverbialis in

E. 1244 λεπτή τις ἐλπίς ἐστ' ἐφ' ἧς ὀχούμεθα „tenuis quaedam est spes, quae nos sustinet".

Fr. 150, 1 ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχεῖσθε.

2) Medium quendam locum inter hunc, de quo modo dixi, usum et temporalem tenet praepositio in dictione ἐπὶ στρατιᾶς „in militia".

V. 354 ἐπὶ στρατιᾶς κλέψας — τοὺς ὀβελίσκους. 557 ἐπὶ σ. τοῖς ξυσσίτοις ἀγοράζων.

L. 100 ἐπὶ σ. ἀπόντας.

3) Eadem praepositione nonnunquam utuntur Graeci ad loca significanda, rei alicui vel regioni adiacentia („ad, apud"). Quem usum apud Ar. in duabus locutionibus deprehendimus, quarum altera est ἐπὶ Θρᾴκης, quae aut absolute ponitur (a), aut addito substantivo χωρία cum articulo (b), aut denique solo articulo τά adiecto, ut illud substantivum intellegatur (c). Loca autem, quae hac dictione significantur, sunt coloniae Graecorum, in Thraciae ora maritima sitae (v. Classeni et Stahlii ann. ad Thuc. 1, 56, 2).

a) A. 602 τοὺς μὲν ἐπὶ Θρᾴκης (i. e. δρῶν).

L. 102 ἄπεστιν ἐπὶ Θ.

b) P. 283 τἀπὶ Θ. χωρία.

c) V. 288 et Av. 1369 τἀπὶ Θ.

Altera locutio est ἐπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν „apud venerandas deas", i. e. in templo harum dearum (Eumenidum):

E. 1312 καθῆσθαι—ἐπὶ τῶν σ. θ.

II. A loco ad *temporis* spatium significandum transfertur ἐπί, quo aliquid factum est; iungitur autem saepius personis („temporibus alicuius") (a), rarius abstractis, plerumque vitae aetatem indicantibus, ut νεότης, γῆρας (b).

a) A. 67 ἐπέμψαθ' ἡμᾶς — ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος „Euthymene archonte".

N. 1028 οἱ ζῶντες τότ' ἐπὶ τῶν προτέρων „qui tunc vivebant, tempore prioris aetatis hominum".

P. 591 ἐπάσχομεν—ἐπὶ σοῦ γλυκέα.

Av. 543 οἳ (=ἐμοὶ πατέρες) τάσδε τὰς τιμὰς προγόνων παραδόντων ἐπ' ἐμοῦ κατέλυσαν „mea aetate". Haec est lectio plurimorum codicum, a Meinekeo recepta. Sed duo codices (Par. A. et Med. 8) praebent ἐπ' ἐμοί, quod vulgo interpretantur „adversus me", h. e. „incommodo vel detrimento meo". Hanc sententiam amplexi, genetivum damnare solent, quod multo ante, quam illud saeculum Avium natum sit, imperium suum prodidissent maiores earum (cf. Blaydes. p. 491), neque ullam notitiam eius imperii eas habuisse ante Pithetaeri adventum e vv. 467 et 470 manifestissime appareat (cf. Seageri ann. apud Bekkerum). Quae et lectio et sententia vereor ne sit speciosior quam verior. Mitto enim, quod genetivus plurimis optimisque codicibus suppeditatur: sed ἐπί dativo iunctum, ut supra vidimus (p. 159), semper designat actionem, infenso *consilio* contra aliquem susceptam (quod recte Fritschius p. 72 „der beabsichtigte Nachtheil" definit), non eam, quam alicuius calamitas fortuito consequatur. Quod ut manifestius faciam, hoc mihi liceat exemplo uti: *cum detrimento suo* insciens atque imprudens quivis aliquid agere potest, *contra se* voluntate et iudicio nemo sanus quidquam faciat. Atque ut ad locum nostrum redeam, Avium parentes non prudentes fecisse, ut liberos imperio privarent, et res ipsa docet: quis enim pater hoc liberis facere velit,— et chori verba demonstrant: ignaviae (κάκη) enim, non malignitatis patres incusat. Accedit quod illud imperium Avibus nuper ademptum esse chorus putat: non enim maioribus hoc, sed *patribus* dat crimini. Quae cum ita sint, cur fieri non potest, ut Aves illud imperium iam sua aetate, h. e. se infantibus vel pueris, ademptum esse finxerint? Quod autem obicitur, Aves eius imperii non meminisse, nihil moveor: nam si parvuli tum fuerunt, quomodo id meminisse possunt? Neque aliter hunc locum intellexisse scholiasta quoque videtur, cum interpretaretur: ἐπ' ἐμοῦ· εἰς ὅσον αὐτοὺς ἐγὼ χρόνον διεδεχόμην.

Ec. 943 οὐ γὰρ τἀπὶ Χαριξένης τάδ' ἐστίν. 985 ἐπὶ τῆς προτέρας ἀρχῆς γε ταῦτ' ἦν.

Fr. 554 ἐπὶ Φαληνίου „archonte Phalenia".

b) ἐπὶ γήρως, ἐφ' ἥβης: E. 524 ἐπὶ γήρως, οὐ γὰρ ἐφ' ἥβης, ἐξεβλήθη „in senectute, iuventute".

V. 1167 ἐπὶ γήρως χίμετλον οὐδὲν λήψομαι, ut recte Hirschigius emendavit pravam codicum lectionem, quorum cum ceteri omnes ἐπὶ γήρᾳ habeant, Venetus solus, verae scripturae vestigia servans, ἐπὶ γήρω praebet.

ἐφ' ἡσυχίας: V. 1517 ἵν' ἐφ' ἡ.—βεμβικίζωσιν ἑαυτούς „libere".

ἐπὶ νεότητος: A. 211 οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος (i. e. ἐξέφυγε).

V. 1199 σεαυτοῦ ποῖον ἂν λέξαι δοκεῖς ἐπὶ νεότητος ἔργον ἀνδρικώτατον „in iuventute patratum".

ΠΡΟΣ.

De forma. Praeter usitatam formam πρός, apud Ar. undecies dorica forma ποτί invenitur, qua semper homo Megarensis in Acharnensibus et Lacones in Lysistrata utuntur. Haec forma, ι littera ante vocalem, spiritu aspero signatam, elisa, in ποθ' mutatur; ante articuli formas, a τ incipientes, ποτί apocopa afficitur, ut ποτ fiat. Integram igitur formam ποτί in L. 82 legimus; ποθ' in L. 87. 95. 1076; ποτ cum τάν copulatum in A. 732. 783. L. 1006; idem cum τό in A. 751. L. 117; idem cum τά in L. 1253 et cum τάς in L. 1264.

De usu. Adverbii vicem (= προσέτι „insuper, praeterea") πρός his locis gerit: 1) nulla alia addita particula—in R. 611 κλέπτοντα πρὸς τἀλλότρια; 2) addito καί in formula καὶ πρός: A. 1229 καὶ πρός γ' ἄκρατον ἐγχέας ἄμυστιν ἐξέλαψα. E. 578 καὶ πρὸς οὐκ αἰτοῦμεν. Pl. 1001 καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν; 3) idem, vocabulo inter καί et πρός interiecto: P. 19 καὶ σαυτόν γε πρός. L. 628 καὶ διαλλάττειν πρὸς ἡμᾶς ἀνδράσι Λακωνικοῖς, ut recte hunc locum Brunckius interpretatus est. R. 415 κἄγωγε πρός (i. e. χορεύειν βούλομαι); 4) addito δέ in R. 697 πρὸς δὲ τούτοις εἰκὸς ὑμᾶς, οἵ κτλ.

Ceteris omnibus locis πρός praepositio est, saepissime accusativo iuncta (237-ies), rarius genetivo (58-ies) et dativo (37-ies).

A. Πρός, c. acc. coniunctum,

I. *Locali* sensu

1) E verbis movendi sive propriis, sive iis, in quibus notio movendi lateat, suspensum *locum* indicat, *ad* quem aliquid promove-

tur eumque finem (цѣлью) movendi habet (sive eo pervenit, sive non pervenit): „ad“, „къ“. Dicitur autem de motu aut ad res (a) directo, aut ad personas (b), ubi et in universum „ad“ significat, et „domum alicuius“, aut ad abstracta (c), ubi sane motus non re vera fit, sed cogitatione tantum fingitur.

a) A. 732 ἄμβατε ποττὰν μᾶδδαν.

E. 31 θεῶν—προσπεσεῖν του πρὸς βρέτας. 243 οὐκ ἐλᾶτε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας; 910 πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀποψῶ „in caput meum absterge“. 1217 βάδιζε—πρὸς τὴν Παφλαγόνος (κίστην).

N. 69 ὅταν—ἄρμ' ἐλαύνῃς πρὸς πόλιν (eadem vox in L. 266. 288). 233 ἡ γῆ βίᾳ ἕλκει πρὸς αὑτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος. 410 πρὸς αὐτὼ τὠφθαλμώ μου προσετίλησεν. 632 αὐτὸν καλῶ θύραζε δευρὶ πρὸς τὸ φῶς „на свѣтъ“.

V. 199 ὤθει σὺ πολλοὺς τῶν λίθων πρὸς τὴν θύραν (eadem vox in L. 1213). 450 προσαγαγὼν πρὸς τὴν ἐλάαν.

P. 507 πρὸς τὴν θάλατταν—ὑποχωρήσατε.

Av. 216 χωρεῖ—ἠχὼ πρὸς Διὸς ἕδρας. 837 βάδιζε πρὸς τὸν ἀέρα. 1007 (ἵνα) φέρουσαι—ὦσιν εἰς αὐτὴν ὁδοὶ ὀρθαὶ πρὸς αὐτὸ τὸ μέσον. 1372 ἀναπέτομαι—πρὸς Ὄλυμπον. 1398 τοτὲ μὲν νοτίαν στείχων πρὸς ὁδόν, τοτὲ δ' αὖ βορέᾳ σῶμα πελάζων. Blaydesius suspicatur, πρός corruptum esse: dici enim ὁδὸν στείχειν, non πρὸς ὁδόν. Similiter Herwerdenus (Hermae v. 24, p. 621): „Recte, inquit, diceretur στείχων πρὸς νότιον τόπον, sed quod volgatur non satis intellego. Num fuit: νοτίαν στείχων τιν' ὁδόν?“ Sed quidni πρὸς ὁδὸν στείχειν intellegamus „ad australem viam ire“, quemadmodum in proximo versu de corpore Aquiloni admovendo dicitur? Equidem ita existimo. Nam in carmine, ad ridendos dithyramborum poetas composito, in quo νοῦς ἐλάχιστος inest, ut ait schol. ad v. 1393, omnia excusari possunt. Cf. quae de loco simillimo Av. 1374 supra p. 140 diximus.—1563 ἀνῆλθε πρὸς τὸ λαῖγμα (ita Bentl., cod. λαῖμα) τῆς καμήλου.

L. 82 ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι, quod est: ita salio, ut pedes podicem attingant. 266 πρὸς πόλιν σπεύσωμεν. 288 χωρίον τὸ πρὸς πόλιν, ubi praepositio terminum indicat, ad quem locus pertinet. 1213 πρὸς—τὴν θύραν—βαδίζειν.

Th. 1101 πρὸς Ἄργος ναυστολῶν.

R. 482 οἶσε πρὸς τὴν καρδίαν μου σφογγιάν. 537 μετακυλίνδειν αὑτὸν—πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον.

Ec. 497 ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον.

Pl. 659 πρὸς τὸ τέμενος ἦμεν τοῦ θεοῦ. 942 ταῦτα πρὸς τὸ μέτωπον—προσπατταλεύσω τουτῳί. 1169 προσελθὼν πρὸς τὸ φρέαρ.

Fr. 74 μέσην ἔρειδε πρὸς τὸ σιμόν. 210 εἵρπε πρὸς τὴν κιγκλίδα.

b) E. 72 ποίαν ὁδὸν νὼ τρεπτέον καὶ πρὸς τίνα;

N. 480 ἵνα—μηχανὰς—πρὸς σὲ καινὰς προσφέρω, quod consulto ambigue dictum est. 979 πρὸς τὸν ἐραστὴν—ἐβάδιζεν. 1104 ἐξαυτομολῶ πρὸς ὑμᾶς.

V. 1026 ἔσπευδε πρὸς αὐτόν. 1407 προσκάλοῦμαί σε—πρὸς τοὺς ἀγορανόμους.

Av. 120 πρὸς σὲ—ἀφίγμεθα. 411 πρὸς ὄρνιθας ἐλθεῖν. 1169 εἰσθεῖ πρὸς ἡμᾶς. 1212 πρὸς τοὺς κολοιάρχους προσῆλθες. 1230 πρὸς ἀνθρώπους πέτομαι.

L. 87 ἵκει ποθ' ἀμέ. 214 et 215 ὅστις πρὸς ἐμὲ πρόσεισιν. 690 πρὸς ἔμ' ἴτω τις.

Th. 180 ἀφῖγμαι πρὸς σέ. 513 θεῖ — πρὸς τὸν ἄνδρα. 933 προσιέναι πρὸς αὐτόν.

R. 400 συνακολούθει πρὸς τὴν θεόν.

Ec. 910 (ὄφιν) πρός σ' ἑλκύσαιο. Ita Velsenus edidit e coniectura Schneideri. Libri προσελκύσαιό.

Pl. 32 ᾠχόμην πρὸς τὸν θεόν (cf. Bachm. p. 115). 398 εἶτ' οὐ διαπέμπεις καὶ πρὸς ἡμᾶς. 653 ἀφικόμεθα πρὸς τὸν θεόν. 823 ἵνα πρὸς τὸν θεὸν ἴωμεν. 827 πρὸς τὸν θεὸν ἥκω. 840 πρὸς τὸν θεὸν προσευξόμενος ἥκω. 844 ἔρχομαι πρὸς τὸν θεόν. 928 προσελθέτω πρὸς ἐμέ.

Fr. 225 βάψας πρὸς ναυτοδίκας „navigans ad n." 582, 2 πρὸς ἄνδρας ἐκπετήσιμοι.

Cum collectivis nominibus personarum coniunctum est πρός in A. 629 οὔπω παρέβη πρὸς τὸ θέατρον λέξων, ubi θέατρον spectatores significat. Hoc loco, ut in simillimis E. 508 et P. 735, alii verba πρὸς τ. θ. ad παρέβη referunt, alii cum verbo dicendi coniungunt. Utra explicatio praestet, difficile dictu est; sed nescio an de lana caprina hh. dd. rixentur: nam ista verba possunt ἀπὸ κοινοῦ ad utrumque pertinere.

E. 508 ἠνάγκαζεν λέξοντας ἔπη πρὸς τὸ θέατρον παραβῆναι. 710 ἕλξω σε πρὸς τὸν δῆμον.

V. 267 οὐ φαίνεται δεῦρο πρὸς τὸ πλῆθος.

P. 735 αὐτὸν ἐπῄνει πρὸς τὸ θέατρον παραβὰς ἐν τοῖς ἀναπαίστοις.

c) N. 63 ἵππον προσετίθει πρὸς τοὔνομα (cf. E. 1075 πρὸς τῷ κυνὶ προσετέθη). 1375 ἔπος πρὸς ἔπος ἠρειδόμεσθα, quam locutionem proprie significare puto „verbum verbo adiungentes", quasi sit ἔπ. π. ἔπ. προστιθέντες. Similiter nos „слово за словомъ" (i. e. говоря).

Av. 241 πετόμενα πρὸς ἐμὰν ἀοιδάν (cf. Th. 3, 22, 7 ἐχώρουν πρὸς τὴν βοήν).

L. 1264 μόλε—ποττὰς σπονδάς.

R. 884 ἀγὼν—χωρεῖ πρὸς ἔργον. 1215 πρὸς—τουτονὶ τὸν πρόλογον—προσάψαι λήκυθον.

2) Alia vis est praepositionis, cum aliquid *ad* aliquem locum *versus* moveri dicitur, ita tamen, ut is locus non sit finis movendi nec eum illa res unquam attingat („по направленію"). Suspenditur autem locutio praepositionalis cum ex aliis verbis (b), tum e verbis τρέπεσθαι (τρέπειν), στρέφεσθαι, βλέπειν, κεχηνέναι (b). Qua vi ὡς praepositionem carere docet Bachm. p. 116.

a) P. 158 παρακλίνεις τοὺς μυκτῆρας πρὸς τὰς λαύρας.

L. 229 et 230 οὐ πρὸς τὸν ὄροφον ἀνατενῶ τὰ περσικά.

Th. 69 ἢν μὴ προίῃ θύρασι πρὸς τὸν ἥλιον.

Fr. 488, 5 ὅταν—ἱστῇς, τοῦ ταλάντου τὸ ῥέπον κάτω βαδίζει, τὸ δὲ κενὸν πρὸς τὸν Δία.

b) τρέπεσθαι (τρέπειν): Av. 717—718 πρὸς ἅπαντα τρέπεσθε πρός τ' ἐμπορίαν καὶ πρὸς βιότου κτῆσιν καὶ πρὸς γάμον. 1450 τρέψαι (σε) πρὸς ἔργον νόμιμον.

L. 1137 πρὸς—ὑμᾶς τρέψομαι.

(μετα)στρέφεσθαι: Th. 1128 πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;

R. 539 μεταστρέφεσθαι πρὸς τὸ μαλθακώτερον.

(ἀπο)βλέπειν*: A. 291 πρὸς ἔμ' ἀποβλέπειν.

N. 323 βλέπε—πρὸς τὴν Πάρνηθα.

P. 635 ἔβλεπεν πρὸς τοὺς λέγοντας.

---

* Quod Muellerus ad Ach. 291 statuit discrimen inter ἀποβλέπειν εἴς τινα et ἀποβλ. πρός τινα, cum illud „aliquem suspicere", hoc „aliquem adspicere" valere diceret, id nihili esse facile intellegas, si eos locos, quos supra (p. 50) attuli, cum iis conferas, quos hic affero, ut N. 187 εἰς τὴν γῆν βλέπουσιν et 323 βλέπε πρὸς τὴν Πάρνηθα.

R. 544 πρὸς τοῦτον βλέπων.

Alia vis subiecta est praepositioni in Av. 1334, de quo v. infra.

κεχηνέναι „ore hiante spectare“: E. 651 πρὸς ἔμ' ἐκεχήνεσαν. 804 (ἵνα) πρός σε κεχήνῃ. 1118 πρὸς τὸν—λέγοντ' ἀεὶ κέχηνας.

N. 996 πρὸς ταῦτα κεχηνώς.

3) Eadem vis videtur praepositioni subiecta esse in nonnullis locutionibus, quae e verbis suspensae sunt, nullam notionem movendi continentibus, ut ἡλιάσει πρὸς ἥλιον proprie significat: „iudicium exercebis, ad solem conversus“, unde haec locutio omnino „in sole“, „на солнцѣ“ valere coepit. Quam dictionem his locis legimus:

πρὸς (τὸν) ἥλιον: N. 771 στὰς—πρὸς τὸν ἥλιον.

V. 772 ἡλιάσει πρὸς ἥλιον.

P. 567 διαστίλβουσι πρὸς τ. ἥ.

Ec. 64 ἐχραινόμην ἑστῶσα πρὸς τ. ἥ. Cf. Mein. Vind. p. 185.

Fr. 603 λούσησθε καὶ κτενίσησθε πρὸς τ. ἥ.

Similes sunt locutiones:

πρὸς (τὸ) πῦρ: A. 751 διαπεινᾶμες ποττὸ πῦρ.

V. 773 πρὸς τ. π. καθήμενος.

P. 1131 πρὸς πῦρ διέλκων.

πρὸς τὴν αἰθρίαν: Th. 1001 οἰμῶξι πρὸς τ. αἰτρίαν (verba Scythae sunt).

Pl. 1129 ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τ. αἰθρίαν.

πρὸς τὸν ἀέρα: N. 198 πρὸς τ. ἀ. ἔξω διατρίβειν.

πρὸς εἵλην: Fr. 627 πρὸς εἵ. ἰχθύων ὠπτημένων.

πρὸς λύχνον: P. 692 ἅπαντα πρὸς λ. βουλεύσομεν.

Eodem refero

R. 1307 (Μοῦσα), πρὸς ἥνπερ ἐπιτήδεια τάδε γ' ᾄδειν μέλη, quod eodem modo dictum est, ut πρὸς αὐλόν aliaque id genus. Huic simillimum est Fr. 430, 1.

Fr. 430, 1 ᾖδεν 'Αδμήτου λόγον πρὸς μυρρίνην „ad myrtum“.

4) Bis πρός c. acc. videtur partes agere πρός c. dat., cum non moveri rem ad alteram, sed versari apud eam indicet.

P. 1183 προστὰς πρὸς τὸν ἀνδριάντα, quod eodem modo dictum est, quo nos dicimus „ставъ къ статуѣ“, nam alibi ἵστασθαι praepositionem, quietem indicantem, requirit; v. infra παρά. Cf. N. 771 Ec. 64.

Fr. 255 πρὸς τὸν στροφέα τῆς αὐλείας σχίνου κεφαλὴν κατορύττειν (cf. quae de v. κατορύττειν supra p. 133 diximus). Kockius tamen pro πρός conicit παρά scribendum, frustra, ut videtur: nam alibi quoque πρός similiter dictum invenitur; v. quos locos congessit Iacobius in indice p. 895, ut Herm. 2, 391 (6) (M.), Men. 4, 305 (339).

5) Quemadmodum κατά c. gen. non solum locum, unde motus fit, sed etiam ipsum spatium, quod percurritur, significat, ita πρός c. acc. non solum eum locum indicat, ad quem aliquid movetur, sed etiam eum, *per* quem motus fit isque, ut mihi videtur, sursum directus („вверхъ по").

P. 70 πρὸς ταῦτ' (= τὰ κλιμάκια) ἀνερριχᾶτ' ἄν.

6) Semel montis nomini adiunctum πρός „in summum" montem („на") valet. Qui usus nescio an Laconum proprius sit; homo Atticus εἰς dixisset.

L. 117 καί κα ποττὸ Ταΰγετον ἄνω ἔλσοιμι.

II. Quoniam de locali usu diximus, iam de *temporali* pauca disputanda sunt. De tempore igitur dictum πρός inclinationem vel appropinquationem ad aliquod (diei) tempus declarat: „sub, paulo ante, circa", „къ".

V. 1085 ἐσωζόμεσθα—πρὸς ἑσπέραν, ut recte in cod. V exaratum est; R ἑσπέρας, vulgo ἑσπέρᾳ.

L. 412 πρὸς ἑσπέραν ἐλθών. 1089 πρὸς ὄρθρον σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει.

Ec. 20 καίτοι πρὸς ὄρθρον γ' ἐστίν. 312 πρὸς ἕω νῦν γ' ἐστίν *.

III. *Tralatae* significationes.

1) Ac primum quidem πρός haud raro *hostilem* motum vel actionem vel animum declarat: „contra, adversus", „противъ".

A. 1134 ἐν τῷδε πρὸς τοὺς πολεμίους θωρήξομαι. 1135 ἐν τῷδε πρὸς τοὺς συμπότας θωρήξομαι, qui versus parodia est illius. Quam bene Brunckius expessit, cum verteret: „hoc ego advorsum hostes (compotores) pectus muniam".

E. 511 πρὸς τὸν τυφῶ χωρεῖ καὶ τὴν ἐριώλην.

---

* Notanda est Velseni inconstantia, qui in Ec. 20 ἐστίν edidit, in v. 312 autem in eodem verbo paenultimae notam apposuit (ἔστιν), etsi utroque loco codd. R. B. Γ. N illam formam, A hanc exhibet.

N. 1034 δεινῶν—σοι βουλευμάτων ἔοικε δεῖν πρὸς αὐτόν.

Av. 1190 πόλεμος αἵρεται—πρὸς ἐμὲ καὶ θεούς, ubi v. Kock. Cf. Bachm. p. 94.—1597 ἤρξαμεν πολέμου πρὸς ὑμᾶς.

L. 887 δυσκολαίνει πρὸς ἐμέ. 1253 πρόκροον—ποττὰ κᾶλα.

Th. 802 ἀντιτιθῶμεν πρὸς ἕκαστον. 806 πρὸς Ἀριστομάχην — πρὸς ἐκείνην τὴν Μαραθῶνι — πολεμίζειν.

R. 794 διαγωνιεῖσθαι—πρός γ' Εὐριπίδην. 982 κέκραγε πρὸς τοὺς οἰκέτας „servos inclamat", „кричитъ на слугъ".

2) Similiter praepositio de omni hominum *commercio* dicitur „erga, in, cum", „съ". Interdum nihil fere differt a dativo, ut in A. 625, Ec. 446 et apud verba dicendi.

σπονδὰς ποιεῖν (ποιεῖσθαι): A. 52 σπονδὰς ποιῆσαι πρὸς Λακεδαιμονίους. 131 σπονδὰς ποίησον πρὸς Λακεδαιμονίους.

L. 1006 πρὶν—σπονδὰς ποιησώμεσθα ποττὰν Ἑλλάδα.

Th. 1161 σπονδὰς ποιήσασθαι πρὸς ἐμέ.

Aliae locutiones:

A. 625 πωλεῖν ἀγοράζειν πρὸς ἐμέ, Λαμάχῳ δὲ μή, quod Muellerus recte videtur interpretari: „Duobus his verbis Arist. reddit id, quod nos dicimus „Marktverkehr treiben" („торговать" Rossice dicitur). 722 πωλεῖν πρὸς ἐμέ, Λαμάχῳ δὲ μή, quem versum, ut ex v. 625 conflatum, Meinekeus Elmsleio duce delendum censuit.

Ec. 446 συμβάλλειν πρὸς ἀλλήλας — μόνας μόναις, ubi, ut in A. 625. 722, notatu dignum est, ex eodem verbo simul et praepositionem et dativum simplicem pendere.

Pl. 1055 πρός με παῖσαι.

Fr. 278, 1 ἔστιν—τοῖς κάτω πρὸς τοὺς ἄνω ἀπὸ συμβόλων, ubi nisi cum Kockio κρίσεις pro ἔστιν scripseris, in praecedentibus hanc ipsam vocem vel similem fuisse putato.

Huc potissimum referendus est locus

A. 783 ποττὰν ματέρ' εἰκασθήσεται, quae singularis constructio est; solet enim huic verbo simplex dativus addi.

3) Eadem vis subiecta est praepositioni, cum e verbo *dicendi* suspensa personae adiungitur, ubi et nos et Latini semper, Graeci non raro dativo utuntur.

A. 312 λέγειν—πρὸς ἡμᾶς. 632 ἀποκρίνεσθαι—πρὸς Ἀθηναίους, ubi ἀποκρ. non differt ab ἀπολογεῖσθαι. 690 λέγει πρὸς τοὺς φίλους.

E. 811 διαβάλλειν πρὸς Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον. 899 πρὸς ἐμὲ τοῦτ' εἶπ' ἀνὴρ Κόπρειος.

N. 359 φράζε πρὸς ἡμᾶς. 518 κατερῶ πρὸς ὑμᾶς — τἀληθῆ. 1079 τάδ' ἀντερεῖς πρὸς αὐτόν. 1352 λέγειν πρὸς τὸν χορόν (cf. Mein. Vind. p. 79).

V. 44 εἶπε πρός με. 78 ὁδὶ δέ φησι Σωσίας πρὸς Δερκύλον. 335 πρὸς εὔνους—φράσεις.

P. 67 ἔφασκε—πρὸς αὐτόν. 539 πρὸς ἀλλήλας λαλοῦσιν. 658 οὐκ ἂν εἴποι πρὸς—τοὺς θεωμένους. 660 πρὸς σὲ—εἰπάτω. 661 εἰπὲ—πρὸς ἐμέ.

Av. 315 τίνα λόγον—πρὸς ἐμὲ—ἔχων. 336 πρὸς τοῦτον—ἡμῖν ἐστιν ὕστερος λόγος. 397 φήσομεν πρὸς τοὺς στρατηγούς. 594 τὰς—ἐμπορίας—πρὸς τὸν μάντιν κατεροῦσιν.

L. 95 μύσιδδε—ὅ τι λῇς ποθ' ἁμέ. 414 πρὸς σκυτοτόμον ταδὶ λέγει. 993 ὡς πρὸς εἰδότ' ἐμὲ—λέγε. 1076 τί δῆ ποθ' ὑμὲ πολλὰ μυσίδδειν ἔπη;

Th. 410 πρὸς τοὺς γέροντας—διαβέβληκεν (ἡμᾶς).

R. 1007 πρὸς τοῦτον—ἀντιλέγειν.

Ec. 168 πρὸς γυναῖκας λέγειν. 249 ἀντερεῖς πρὸς αὐτόν.

Pl. 252 τί γὰρ ἄν τις οὐχὶ πρὸς σὲ τἀληθῆ λέγοι;

Huc pertinere puto locutionem πρὸς ἐμαυτόν, ubi aliquis *apud se* aliquid facere dicitur („про себя").

R. 53 ἀναγιγνώσκοντι—τὴν 'Ανδρομέδαν πρὸς ἐμαυτόν.

Ec. 880 μινυρομένη τι πρὸς ἐμαυτὴν μέλος. 931 ᾄδω πρὸς ἐμαυτήν. 1060 θαρρῆσαι πρὸς ἐμαυτόν.

Eodem refero

A. 1032 κλᾶε πρὸς τοὺς Πιττάλου, ubi auditur μαθητάς, ut ait schol. (non οἴκους, ut nonnulli; v. Elmsl. ad Ach. 1222). Alii, Rav. scriptura πρὸς τοῦ Πιττάλου et Suidae verbis (in Σπίτταλος) ἄπελθε πρὸς τοῦ Σπιττάλου decepti, genetivum scripserunt, quem „Pittali domum" interpretantur. Sed dubito an non Graeca sit huiusmodi omissio v. οἰκία apud πρός praepositionem (nam apud ἐν, εἰς, ἐκ hoc fieri constat), et articulus τοῦ offensioni est (v. p. 45). Illa vero Suidae potius accusativum, quam genetivum confirmare existimo. Nam cum medicus ille non Σπίτταλος, sed Πίτταλος fuisse videatur, (ita enim scribitur et in ipsis poetae verbis in A. 1032. 1222. V. 1432, et in scholiis ad A. 1032 et V. 1432), quis est qui non mihi consentiat, Suidae τοῦ Σπιττάλου e τοὺς Πιττάλου ortum esse? (Aliter Vogelreuter. p. 31 ann.).

4) Apud eadem verba aliaque similia πρός, accusativo nominis vel pronominis neutri generis additum, illud significat, *ad quod* (vel *contra quod*) respondetur („въ отвѣтъ на“).

A. 702 πρὸς τάδε τί ἀντερεῖ;

N. 294 ἀνταποπαρδεῖν πρὸς τὰς βροντάς. 888 πρὸς πάντα τὰ δίκαι' ἀντιλέγειν. 1030 πρὸς—τάδε—δεῖ σε λέγειν τι καινόν.

V. 793 ὁ δὲ τί πρὸς ταῦτ' εἶπε;

Th. 707 τί ἂν—εἴποι πρὸς ταῦτά τις;

R. 117 μηδὲν—πρὸς ταῦτα (λέξῃς). 993 τί—πρὸς ταῦτα λέξεις; 1243 πρὸς τοδὶ—εἰπάτω.

Huc referendum puto etiam

A. 804 πρὸς τὰς ἰσχάδας κεκράγατε „ad caricas clamatis“, i. e. ad ea, quae de caricis dico („при упоминаніи объ“).

5) Alia notio est, cum praepositio significat, aliquid ad aliquem pertinere vel ad aliquid facere, spectare („относиться къ чему“).

E. 202 πῶς—πρὸς ἐμὲ ταῦτ' ἐστίν;

N. 1188 τουτὶ μὲν οὐδέν πω πρὸς ἕνην τε καὶ νέαν.

Av. 970 ᾐνίξατο—τοῦτο πρὸς τὸν ἀέρα (cf. εἰς p. 59).

Pl. 842 τὸ τριβώνιον—τί δύναται πρὸς τὸν θεόν; Ita coniecit Hemsterhusius pro πρὸς τῶν θεῶν codicum. Sed nullam esse causam mutandi recte docuit Meinekeus (Vind. p. 216).

6) Eadem praepositio illud quoque indicat, cuius *ratione* habita singillatim determinatur id, quod enuntiatur, aut quodammodo restringitur verbi cuiusdam vis („по отношенію“); cf. εἰς p. 58.

A. 950 πρὸς πάντα συκοφάντην.

E. 397 πρὸς πᾶν ἀναιδεύται.

Pl. 831 χρήσιμον πρὸς τὸν βίον.

7) Nec multum abest notio *finis* et *consilii* agendi, quae his locis cernitur:

E. 206 ὁ δράκων—πρὸς τί; (cf. P. 45. Fr. 405—406). 219 ἔχεις ἅπαντα πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ.

N. 176 τί οὖν πρὸς τἄλφιτ' ἐπαλαμήσατο; 648 τί—μ' ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τἄλφιτα;

P. 45 ὁ κάνθαρος—πρὸς τί;

Th. 586 πρὸς ποῖον ἔργον (i. e. ἀνέπεμψεν Εὐριπίδης κηδεστήν τινα αὑτοῦ);

Fr. 405—406 πρὸς τί — τὸν ὀρνίθειον οἰκίσκον φέρεις, ubi πρὸς Kockius de coniectura addidit.

Eodem refero duos locos, ubi finalis notio cum locali confusa est (cf. εἰς p. 56 et ἐπί p. 143):

P. 555 χώρει πρὸς ἔργον.

Ec. 1149 πρὸς τὸ δεῖπνον ἤδη 'πείξομαι.

7) Eadem praepositio in *comparatione* rerum usurpatur additurque plerumque rei meliori („prae", „въ сравненіи"). Similiter nos interdum dicimus „противъ" hoc sensu.

L. 860 λῆρός ἐστι τἄλλα πρὸς Κινησίαν.

Fr. 130, 3 καταπυγοσύνη ταῦτ' ἐστὶ πρὸς κρέας μέγα. 492, 1 τί πρὸς τὰ Λυδῶν δεῖπνα καὶ τὰ Θετταλῶν, ubi Kockius: „utique scribendum est: τί πρὸς τὰ Λ. δεῖπνά σοι τὰ Θ., i. e. τί σοι δοκεῖ εἶναι τὰ Λ. πρ. τὰ Θ." etc.

8) Tum vero hac praepositione indicatur aliquid cum aliqua re *convenire* eique respondere aut *secundum* aliquam rem fieri („pro, secundum", „сообразно съ"), quae notio interdum nihil fere differt a causali (ut in Ec. 751).

E. 564 φίλτατε—'Αθηναίοις πρὸς τὸ παρεστός „in praesenti", „при настоящемъ положеніи дѣлъ".

Av. 1334 πρὸς ἄνδρ' ὁρῶν „viri cuiusque indole considerata". Fallitur Vogelreuterus, qui hunc locum una cum ceteris tractat, ubi praepositio ex verbo spectandi pendet: aliud est enim „смотря *на* человѣка", aliud „смотря *по* человѣку".

Th. 149—150 χρὴ — ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ δράματα, ἀεὶ ποιεῖ, πρὸς ταῦτα τοὺς τρόπους ἔχειν.

Ec. 751 οὐ γὰρ τὸν ἐμὸν ἱδρῶτα καὶ φειδωλίαν οὐδὲν πρὸς ἔπος οὕτως ἀνοήτως ἐκβαλῶ, quod schol. explicat: ἀντὶ τοῦ ὡς ἔτυχεν, ἕνεκα μηδενός. 969 μετρίως πρὸς τὴν ἐμὴν ἀνάγκην „satis pro mea necessitate".

Eodem refero

Av. 1110 τὰς—οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς ἀετόν, quod Blaydesius recte vertit „in eagle fashion" „въ видѣ орла". Mirum in modum hoc Vogelreuterus interpretatur (p. 33): „cingere vel coronare domos usque ad fastigium".

5) *Causalis* notio luculentissime apparet in locutionibus πρὸς ταῦτα et, quod multo rarius est, πρὸς τάδε. Quae locutiones, ut „proinde" Latinorum, iis tantum sententiis praeponuntur, quae adhortationem vel iussum continent, quarum praedicatum aut in imperativo ponitur, aut aliis verbis, imperativi partes agentibus, exprimitur.

π ρ ὸ ς τ α ῦ τ α: a) cum imperativo coniunctum:

A. 659 πρὸς ταῦτα—παλαμάσθω.

N. 990 πρ. τ.—ἐμὲ—αἱροῦ. 1433 πρ. τ. μὴ τύπτε.

V. 927 πρ. τ. τοῦτον κολάσατε. 1386 πρ. τ. τηροῦ.

P. 416 πρ. τ.—ξύλλαβε. 1315 πρ. τ. βρύκετε.

Ec. 486 πρ. τ. συστέλλου σεαυτήν. 851 πρ. τ. χωρεῖτε. 1140 πρ. τ. μὴ βραδύνετε.

Fr. 222, 1 πρ. τ.—λέξον.

b) ubi praedicatum aliter exprimitur:

E. 760 πρ. τ. ὅπως ἕξει.

V. 648 πρ. τ. μύλην—ὥρα ζητεῖν σοι.

π ρ ὸ ς τ ά δ ε: E. 622 πρ. τ.—λέγε.

P. 305 πρ. τ. ἡμῖν—φράζε.

6) Postremo loco pono duas *locutiones adverbiales* — πρὸς βίαν et πρὸς ὀργήν, quarum illa duplici sensu usurpatur: aut vi coactum vel invitum aliquem facere aliquid significat „по неволѣ" (a) aut vim alteri inferentem „силою" (b).

π ρ ὸ ς β ί α ν: a) A. 73 πρ. β. ἐπίνομεν.

L. 163 οὐ γὰρ ἔνι τούτοις ἡδονὴ τοῖς πρ. β..

R. 1457 χρῆται πρ. β.

Ec. 471 τὸ πρ. β. δεινότατον.

b) V. 443 τὸν παλαιὸν δεσπότην πρ. β. χειροῦσιν. 1080 ἐξελεῖν—πρ β. τἀνθρήνια.

Ec. 467 μὴ—ἀναγκάζωσι πρ. β.

π ρ ὸ ς ὀ ρ γ ή ν: R. 844 μὴ πρ. ὀ. σπλάγχνα θερμήνῃς κότῳ. 856 μὴ πρ. ὀ.,—ἀλλὰ πραόνως ἔλεγχ', ἐλέγχου, ubi ex opposito πραόνως luculentissime apparet vis locutionis. 998 ὅπως — μὴ πρὸς ὀργὴν ἀντιλέξεις.

IV. Restat locus, ubi in libris praepositio legitur, ab hh. dd. eicitur.

Th. 291 καὶ τὸν θυγατρίου χοῖρον ἀνδρός μοι τυχεῖν πλουτοῦντος— καὶ πρὸς θάληκον νοῦν ἔχειν μοι καὶ φρένας. Cum verba πρὸς θ. nullum habeant sensum, recte Dindorfius (quem Velsenus sequitur) ποσθαλίσκον coniecit, usus scholiastae interpretatione: τὸν παιδαρίσκον. ἴσως δὲ παρὰ τὴν πόσθην αὐτὸ συνέθηκεν.

B. Πρός, cum gen. coniunctum,

I. *Locali sensu* in duabus locutionibus invenitur: πρὸς ποδῶν et πρὸς κεφαλῆς, quae cum proprie „a pedibus“ et „a capite“ significent, tamen tribus locis (V. 1221. 1236. Av. 66) „ad pedes“ et „ad caput“ vertendae sunt. Graeci enim interdum, cum de aliqua re, prope alteram sita, dicerent, ab hac altera se illam spectare fingebant ideoque praepositionem, quae motum, a re directum, significat, pro ea, qua immotus status indicatur, ponere solebant.

πρὸς ποδῶν: V. 438 ὦ Κέκροψ ἥρως ἄναξ, τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδη „a pedibus Dr.“ „Tractus a servis Philocleo quiritat et Cecropa urbis conditorem inclamat, qui διφυής fuisse perhibetur et pedes in serpentem desinentes habuisse. Propterea ludit Ar. et iocatur in nomine Δρακοντίδου, qui et serpentis naturam designat, et eo tempore hoc nomine vocatum reum quendam antea vidimus [v. 157]“ (Fl. Chr.). Τὰ πρὸς ποδῶν igitur hic, ut in Av. 66, pro simplici τοὺς πόδας dictum videtur. Nimis artificiosa frigidaque sunt, quae ad h. l. Richterus annotat: dixisse comicum τὰ πρὸς ποδῶν Δράκοντίδη, cum dicturus esset τὰ πρὸ ποδῶν Δρακοντίδου: i. e. causa Dracontidis instat. Alia vero eius explicatio: „O Cecrops, superne deus, a pedibus furcifer Dracontidis instar“, prorsus sensu carere mihi videtur: quid enim est „a pedibus furcifer“ aut cur ita Cecropi maledicit Philocleo? — 1236 πρὸς ποδῶν κατακείμενος „ad pedes accumbens“.

Av. 66 ἐροῦ τὰ πρὸς ποδῶν „interroga pedes meos“: sententia tamen huius loci subobscura est.

πρὸς κεφαλῆς: V. 1221 ξένος τις ἕτερος πρὸς κεφαλῆς Ἀκέστορος „ad caput“.

II. *Tralato* sensu πρός

1) De *origine* dicitur, quod Latine „a“ vel „a sanguine“ interpretamur, Rossice „со стороны“.

R. 1149 πρὸς πατρὸς τυμβωρύχος.

2) *Auctorem* designat, e verbo πάσχειν suspensum, in

N. 1122 (tetram. troch.) πρὸς ἡμῶν οἷα πείσεται κακά, qui usus tragicorum proprius esse videtur. Cf. Krueg. I, 52, 5, 2. II, 52, 3, 1.

3) Semel πρός eodem sensu, quo ὑπέρ, invenitur, ut aliquid ab aliquo, i. e. e re alicuius fieri significet („въ пользу“).

V. 647 μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι.

4) Tum πρός τινος verbo ἐστί additum idem significat, quod etiam nudo genetivo exprimitur, redditurque „alicuius (proprium) est, aliquem decet, alicui convenit", „свойственно кому" etc.

E. 191 ἡ δημαγωγία — οὐ πρὸς μουσικοῦ ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους.

V. 369 ταῦτα — πρὸς ἀνδρός ἐστ' ἄνοντος εἰς σωτηρίαν. 1014 τοῦτο — σκαιῶν θεατῶν ἐστι πάσχειν, κοὐ πρὸς ὑμῶν, ubi et nudum genetivum et praepositionem in una eademque sententia videmus.

Th. 177 σοφοῦ πρὸς ἀνδρός.

R. 534 ταῦτα — πρὸς ἀνδρός ἐστι νοῦν ἔχοντος. 540 τὸ — μεταστρέφεσθαι δεξιοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι.

Pl 355 τὸ—δεδοικέναι πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιές ἐστ' εἰργασμένου.

5) Sed longe frequentissimus usus is est, cum πρός, genetivis θεῶν, Διός aliis id genus adiunctum, in precibus vel obsecrationibus et quaestionibus usurpatur, ubi Latini dicunt „per (deos)", nos „ради (Бога)". Genetivo θεῶν plerumque additur articulus; sine articulo 5 locis legitur: P. 9. Av. 663. Ec. 1095. Pl. 1147. Fr. 51, 1. Locutioni πρὸς τῶν θεῶν in quaestione additur interiectio ὦ his locis*: V. 484. L. 857 (v. Bachm. p. 146). Pl. 458. 1176. Semel in interrogatione invenitur formula πρὸς πάντων θεῶν V. 1136. Ceteri genetivi sunt: πρὸς τοῦ Διός N. 314. Av. 130; πρὸς Διός R. 756; πρὸς τῆς Ἑστίας Pl. 395; (πρὸς αἰδοῦς Th. 1019); πρὸς τῶν γονάτων A. 414. P. 1113; πρὸς γονάτων E. 1297; πρὸς τῆς γῆς N. 366; πρὸς τῆς δεξιᾶς Th. 936; πρὸς τῶν κρεῶν P. 378; (πρὸς τουτουί A. 111).

Rogantis igitur sunt istae formulae his locis:

A. 111 φράσον ἐμοὶ σαφῶς πρὸς τουτουί. Ita Meinekeus edidit e Reiskei coniectura pro τουτονί codicum (v. Vind. p. 3). De quo loco bene disputavit Schoemannus (p. 9 sq.): „Reiskius scribendum suasit πρὸς τουτουί, addita hac interpretatione: „Ego te adiuro per hunc ἱμάντα, quem simul ostendit: per hanc scuticam". Probarunt hoc Meinekius, Müllerus, Ribbeckius; mihi itidem ut Bergkio et Dindorfio codicum lectio servanda videtur. Usurpatur sane in obsecrationibus πρός cum genetivo, ubi deos aliquis appellat, quorum

* Errat igitur Passovius, qui in lexico (II, 1, p. 1161 a) docet ὦ nisi locutioni πρὸς Διός addi non posse.

vindictam alteri, precibus suis spretis, metuendam esse significare vult, potuitque fortasse fieri, ut in comoedia Aristophanes pro dei alicuius nomine scuticam vel, quod praetulerim, scipionem appellari faceret, qui scilicet alteri, nisi obtemperaret, malum daturus esset: neque tamen adeo probabilem hanc sententiam dixerim, ut propterea codicum lectio utique reiicienda sit. Nam demonstrativo pronomine loquentes non raro semet ipsos designare nemo ignorat, dixeruntque de hoc usu demonstrativi quum alii multi, tum Matthiaeus § 470, 9 et Monkius ad Eur. Alc. v. 341: quodque nunc Dicaeopolis, cuius haec verba sunt, post dativum personalis pronominis ἐμοί, in repetenda sui designatione per demonstrativum non item dativum τούτῳ, sed accusativum cum praepositione usurpat, non magis offendere debet, quam similis mutatio structurae in v. 625 πωλεῖν, ἀγοράζειν πρὸς ἐμέ, Λαμάχῳ δὲ μή, ubi nemo aut ἐμοί aut πρὸς δὲ Λάμαχον dicendum fuisse putabit. Nostro autem loco illa mutatio tanto minus mira videri potest, si reputamus Dicaeopolin sine dubio, quum πρὸς τουτονί diceret, simul etiam digito semet ipsum demonstrasse". Haec praestantissimi viri interpretatio confirmatur etiam versu Ec. 446 sq. συμβάλλειν πρὸς ἀλλήλας — μόνας μόναις, ubi similis mutatio constructionis invenitur, eodemque modo hunc locum scholiasta explicat: ἀντὶ τοῦ πρὸς ἐμαυτόν. Ἀττικὸν δὲ τὸ τοιοῦτο σχῆμα. ὡς μὴ συνιέντος δὲ αὐτοῦ δείκνυσι τῷ δακτύλῳ, ἐμοὶ λέγων καὶ τουτονί.—414 ἀντιβολῶ πρὸς τῶν γονάτων σε—δός μοι ῥάκιόν τι.

E. 341 πάρες πρ. τ. θεῶν αὐτῷ διαρραγῆναι. 1297 ἴθι,—πρὸς γονάτων, ἔξελθε.

N. 314 πρὸς τοῦ Διὸς ἀντιβολῶ σε φράσον. 366 ὁ Ζεὺς δ' ἡμῖν, φέρε πρὸς τῆς γῆς, οὑλύμπιος οὐ θεός ἐστιν; 784 ναὶ πρ. τ. θεῶν (sc. δίδαξον). 1103 πρ. τ. θεῶν δέξασθέ μου θοἰμάτιον.

V. 760 πρ. τ. θεῶν ἐμοὶ πιθοῦ. 919 πρ. τ. θεῶν μὴ προκαταγίγνωσκε. 1388 ἴθι μοι παράστηθ' ἀντιβολῶ πρ. τ. θεῶν. 1418 μὴ μὴ καλέσῃ πρ. τ. θεῶν.

P. 9 προσλάβεσθε πρὸς θεῶν. 322 μηδαμῶς πρ. τ. θεῶν—διαφθείρητε. 376 μὴ πρ. τ. θεῶν ἡμῶν κατείπῃς. 378 ναὶ πρὸς τῶν κρεῶν (sc. σιώπησον). 1113 ναὶ πρὸς τῶν γονάτων (sc. δός).

Av. 130 πρὸς τοῦ Διὸς τοὐλυμπίου ὅπως παρέσει μοι. 663 ἐκβίβασον—πρὸς θεῶν.

L. 850 πρ. τ. θεῶν—ἐκκάλεσον. 1245 λαβὲ—πρ. τ. θεῶν.

Th. 228 μηδαμῶς πρ. τ. θεῶν προδῷς με. 936 πρὸς τῆς δεξιᾶς— χάρισαί μοι.

R. 756 φράσον πρὸς Διός. 1248 πρ. τ. θεῶν—τραποῦ.

Ec. 562 μηδαμῶς πρ. τ. θεῶν τουτὶ ποιήσῃς. 1095 μὴ πρὸς θεῶν (sc. ξυνεισπέσῃς).

Pl. 1147 ξύνοικον πρὸς θεῶν δέξασθέ με.

Interrogationi additur his locis, ubi imperativi εἰπέ, φράσον sim. audiri possunt:

A. 95 πρ. τ. θεῶν, ἄνθρωπε, ναύφρακτον βλέπεις;

E. 1390 πρ. τ. θεῶν ἔξεστιν αὐτῶν κατατριακοντουτίσαι;

N. 200 πρ. τ. θεῶν τί γὰρ τάδ' ἐστίν; εἰπέ μοι. 481 τειχομαχεῖν μοι διανοεῖ πρ. τ. θεῶν;

V. 484 ἆρ' ἂν ὦ πρ. τ. θεῶν ὑμεῖς ἀπαλλαχθεῖτέ μου; 1136 τουτὶ τὸ κακὸν τί ἐστι πρὸς πάντων θεῶν; 1218 πρ. τ. θεῶν ἐνύπνιον ἑστιώμεθα; (v. Bachm. p. 147).

Av. 69 σὺ τί θηρίον ποτ' εἶ πρ. τ. θεῶν; 996 πρ. τ. θεῶν σὺ δ' εἶ τίς ἀνδρῶν;

L. 857 ὦ πρ. τ. θεῶν; ubi recte signum interrogandi poni iubet Bachmannus (p. 146).

Th. 172 πῶς πρ. τ. θεῶν; 1019 κλύεις ὦ πρὸς αἰδοῦς σὺ τὰν ἐν ἄντροις; In libris sine sensu legitur προσαιδοῦσσαι τὰς, quod alii aliter emendare conati sunt. Omnium optime rem gesserunt Seidlerus et Hermannus, quorum ille proposuit πρὸς αἰδοῦς σε τὰν, cui recte obloquitur Bakhuyzenus (p. 127), cum videre se negat, quare Andromeda, etiamsi teneamus, eam nudam ad saxum alligatam esse, *nympham* Echo *per Pudorem* obtestata esset, *ut taceret*. Sed hoc quidem certe aliquam umbram sensus habet, illud vero, quod edidit Velsenus, plane insani est. „In verbis ὦ πρ. Αἰ. σὺ τὰν, inquit, Seidlerum secutus sum, nisi quod pro σὲ Seidleri scripsi σύ. Nam chorum vel potius eam chori mulierem, quae coryphaei agit partes, Euripides alloquitur". Haec Velsenus. Itaque, si verba κλύεις σύ ad chorum, non ad Echo referenda sunt, quid quaeso illis τὰν ἐν ἄντροις faciamus aut unde hunc accusativum pendere statuamus? Aliquanto probabilius est Hermanni προσαυδῶ σε, quamquam ne hoc quidem mihi satisfacit.

Pl. 395 πρὸς τῆς Ἑστίας (i. e. λέγεις ἀληθῆ); 458 οὐδὲν γὰρ ὦ πρ. τ. θεῶν νομίζετε κτλ.; 1176 ἡ δ' αἰτία τίς ἐστιν, ὦ πρ. τ. θεῶν;

Denique, semel πρὸς θεῶν in sententia affirmativa invenimus eo sensu, quo νή c. acc. solet dici.

Fr. 51, 1 πρὸς θεῶν, ἔραμαι τέττιγα φαγεῖν, qui locus parodia est Eur. Hipp. 219. Ceterum hac affirmatione voluntatem, desiderium declarari censet Bachm. (p. 146), ut πρ. θεῶν hic quoque sit postulantis.

III. Restat locus, ubi codices habent praepositionem, editores nonnulli expellunt,

V. 1414 καὶ σὺ δή μοι Χαιρεφῶν γυναικὶ κλητεύειν ἐοικὼς θαψίνῃ Ἰνοῖ κρεμαμένῃ πρὸς ποδῶν Εὐριπίδου. Ita hic locus in codicibus legitur. Quae cum ferri non possent, Reiskeus ἔοικας θαψίνῃ emendavit, Dobraeus κλητεύων (Adv. Cr. II, p. 205: „Ordo est σὺ κλητεύων ἔ. γυναικὶ θαψ. In pallorem ridetur Chaerephon, non mulier"), Hermannus προσπολῶν scripsit, quas coniecturas Mein. in exemplum recepit. Atque Reiskei et Dobraei emendationes vix dubitari potest quin rectae sint, quod non cadit in Hermannianam: displicet enim tragica vox eaque rara, praesertim cum ne ita quidem locus ad sensum quidquam proficiat. Nam in vulgata lectione etsi in illo πρὸς ποδῶν offendimus, cetera tamen aliquam certe scintillam sensus habent: Chaerephontis enim pallor, qui et alibi deridetur, cum pallore Inus comparatur (ἔοικας Ἰνοῖ; cf. schol. V: εἰσήγαγε δὲ Εὐριπίδης τὴν Ἰνὼ ὠχρὰν ὑπὸ τῆς κακοπαθείας. καὶ ὁ Χαιρεφῶν δὲ τοιοῦτος ἄλλος ἔοικε θαψίᾳ. ὠχρὸς γὰρ Χαιρεφῶν καὶ ἡ θάψος τοιαύτη). Vulgata igitur lectio aliqua ex parte intellegi potest (etsi cur κ λ η τ ε ύ ω ν Chaerephon cum muliere pallida comparetur, non liquet; cf. Bakhuyz. p. 65), Hermanni vero lectio prorsus inepta est: quid enim ad ipsius Chaerephontis pallorem, quod mulieri pallidae ministrat (προσπολῶν)? Cf. Bergk. apud Mein. Fr. Com. 2, p. 1105. Itaque hic locus mihi quoque, ut Bakhuyzeno, gravius corruptus videtur, quod ex multitudine mendorum, quibus laborat, apparet.

C. Π ρ ό ς, c. d a t. c o n i u n c t u m,

I. *Locum* designat, *apud* quem aliquid versatur („у, при"). Semper de rebus dicitur, nunquam de hominibus (praeter Av. 1553).

N. 163 πρὸς στενῷ προσκείμενον τὸν πρωκτόν.

V. 1109 πρὸς τοῖς τειχίοις ξυμβεβυσμένοι.

P. 577 τῆς ἰωνιᾶς—τῆς πρὸς τῷ φρέατι.

Av. 1482 ἔστι — χώρα πρὸς αὐτῷ τῷ σκότῳ. 1553 πρὸς — τοῖς Σκιάποσιν λίμνη - ἔστι, quod perperam Brunckius vertit „in Sciapodum finibus"; tu verte „apud Sc. fines": nam populi nomen pro terrae, quam incolunt, positum est; personae autem, proprio sensu dictae, additum πρός „coram" valet. 1694 ἔστι—πρὸς τῇ κλεψύδρᾳ—γένος.

L. 282 πρὸς ταῖς πύλαις καθεύδων. 295 πρὸς τῇ τελευτῇ τῆς ὁδοῦ.

Ec. 502 σάκον πρὸς τοῖν γνάθοιν ἔχουσα. 1101 ἔχουσαν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις.

Pl. 543 ἀντὶ - προσκεφαλαίου λίθον εὐμεγέθη πρὸς τῇ κεφαλῇ (ἔχειν), quod proprie est „ad caput": ita Graeci dicere solebant, etsi pulvini aliaque id genus sub capite ponuntur.

Semel πρός e verbo δεῖν suspensum legimus, ubi usitatius est ἐν: Th. 940 πρὸς τῇ σανίδι δεῖν; cf. v. 931.

Item semel, sed in versu subditicio, πρός c. dat. additum est verbo πίπτειν, quae constructio apud poetas haud rara est: designat autem tum praepositio, aliquid non iuxta aliquid esse, sed ad id moveri.

A. 1183 πεσὸν πρὸς ταῖσι πέτραισι.

II. Semel πρός invenimus de *tempore* dictum, *circa* quod aliquid fit; sed de tempore hic tanquam de loco dicitur („около, при").

Av. 705 παῖδας πρὸς τέρμασιν ὥρας — διεμήρισαν „ad terminum tenerae iuventutis".

III. Saepius praepositio *tralato* sensu usurpatur, ut aliquid alicui rei *adici* indicetur („ad", „къ, сверхъ"). Adiungitur autem cum aliis vocibus (a), tum saepissime pronomini neutri gen. τούτοις (vel τούτῳ), ut πρὸς τούτοις (—ῳ) adverbialem vim habeat „praeterea, insuper" (b).

a) A. 914 καὶ σέ γε φανῶ πρὸς τοῖσδε.

E. 1075 πῶς—ἀλώπηξ προσετέθη πρὸς τῷ κυνί;

N. 720 πρὸς τούτοις—τοῖσι κακοῖς—φροῦδος γεγένημαι. 1256 προσαποβαλεῖς—αὐτὰ πρὸς ταῖς δώδεκα.

V. 565 προστιθέασιν κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν.

Th. 23 πῶς ἂν — πρὸς τοῖς ἀγαθοῖς τούτοισιν ἐξεύροις ὅπως ἔτι προσμάθοιμι;

R. 152 ἐχρῆν—πρὸς τούτοισι (i. e. κεῖσθαι) κεἰ τὴν πυρρίχην τις ἔμαθε τὴν Κινησίου. 1134 πρὸς τρισὶν ἰαμβείοις τι προσοφείλων, qui locus corruptus videtur: v. Kockii ann. et Mein. Vind. p. 176.

Ec. 1116 ἐγώ τε πρὸς τούτοισιν ἡ διάκονος.

Fr. 639 πρὸς—τούτοις ἥκετον πρέσβη δύο.

b) E. 541 πρὸς τούτοισιν ἔφασκεν. 815 πρὸς τούτοις ἀριστώσῃ τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν.

N. 1022 πρὸς τούτοις — ἀναπλήσει. 1219 γενήσομαι ἐχθρὸς ἔτι πρὸς τούτοισιν ἀνδρὶ δημότῃ.

V. 686 πρὸς τούτοις ἐπιταττόμενος φοιτᾷς. 776 πρὸς δὲ τούτοις — οὐχὶ πεινῶν ἀναμενεῖς.

Av. 1109 πρὸς τούτοισιν ὥσπερ ἐν ἱεροῖς οἰκήσετε.

Th. 816 πρὸς τούτοις γαστρίδας—ὄντας.

R. 553 καὶ κρέα γε πρὸς τούτοισιν (κατέφαγε), ubi tamen τούτοισιν etiam pro masculino haberi potest. 1194 γραῦν ἔγημεν αὐτὸς ὢν νέος καὶ πρός γε τούτοις τὴν ἑαυτοῦ μητέρα.

Pl. 540 πρὸς δέ γε τούτοις ἀνθ' ἱματίου—ἔχειν ῥάκος.

Singularis πρὸς τούτῳ semel legitur in

Th. 668 πρὸς τούτῳ - ἔσται παράδειγμα ὕβρεως.

IV. Denique πρός c. dat. legitur in

N. 1010 καὶ πρὸς τούτοις προσέχῃς τὸν νοῦν. Sed quia nemo unquam Atticus ita videtur dixisse, duplicem huius loci emendandi viam inierunt hh. dd., cum alii (ut Bergkius) scribendum proponerent καὶ πρὸς τούτοισιν ἔχῃς, alii (ut Meinekeus, Vind. p. 77) καὶ τούτοισιν προσέχῃς.

ΠΑΡΑ.

De forma. Ar., ubi Atticos loquentes facit, semper forma παρά utitur; brevior forma πάρ, quam Doricam esse et Gregorius Corinthius auctor est (p. 208), et tituli docent (Geyer. p. 13), in codicibus semel legitur ante consonantem in L. 1309, qui versus in Laconum choro invenitur; praeterea Meinekeus in exemplum recte recepit hanc formam in L. 174 ante consonantem (libri παρά) et in L. 1302 (libri παρ') ante vocalem, qui versus item a Laconibus dicuntur; idem ille in A. 759 et 903 ante vocalem proposuit, ubi homo Megarensis et Boeotus inducuntur loquentes.

De usu. Παρά dativo iungitur 72, genetivo 70, accusativo 57 locis.

A. Παρά, c. dat. coniunctum,

I. *Locali* significatione eum indicat, in cuius vicinitate aliquid versatur („iuxta, apud", „пpв, y"); quae significatio saepe in aliam transit, ut παρά eius nomini adiungatur, cuius domi vel in terra vel omnino quocum aliquid versatur (ut A. 980. N. 766. P. 854. L. 174. Ec. 697. Pl. 393. 394. 1046. 1120. Fr. 129.—Av. 330. 598 alia). Tum vero παρά τινι εἶναι interdum verti potest „alicui est", i. e. „aliquis habet", ut in A. 903. L. 453. Etiam „coram" verti potest in Ec. 655. 870. Additur autem praepositio semper fere animanti; rem inanimam ita tribus omnino locis legimus apud Ar., quorum unus (P. 1299) Archilochi est, alter (R. 1309) ab Aeschylo affertur Euripidis deridendi causa atque ex huius aliqua fabula, nunc deperdita, sumptus esse videtur (v. Bakhuyzen. p. 166); tertius (Av. 728) ipsius quidem Aristophanis est, sed in anapaestis legitur *. Iam si quis quaerat, quibus verbis subiciatur παρά c. dativo, omnia sunt aut quietem significantia, ut εἶναι, κρέμασθαι, μένειν, καταλείπειν, κοιμᾶσθαι, κεῖσθαι, aut actionem, quae aliquo loco fit, ubi participium verbi εἶναι cogitatione suppleri potest, ut ᾄδειν, πίνειν, καθεύδειν alia, aut denique verba, medium quendam locum tenentia inter movendi verba et quiescendi, ut κατατίθεσθαι, ἱστάναι, καθέζεσθαι. Praeterea nonnumquam, verbo εἶναι vel simili omisso, παρά c. dat. articulo adiunctum invenimus. Iam afferamus exempla.

A. 604 ἑτέρους—παρὰ Χάρητι (δρῶν). 903 ὅ τι παρ' ἁμῖν μή 'στι. 980 παρ' ἐμοὶ—ᾄσεται „domi meae".

E. 536 θεᾶσθαι λιπαρὸν παρὰ τῷ Διονύσῳ. Nugatur Elmsleius et qui cum eo faciunt Kockius, Velsenus, Bachmannus (p. 120), qui παρὰ τῷ Διονύσου (sc. ἱερεῖ) scribi iubent. Quare id fecerint, Kockius in ann. ostendit. „Ein Platz, inquit, neben dem steinernen Bildniss des Dionysos (Διονύσῳ, wie meist gelesen wird) wäre für Kratinos eine kühle Ehre gewesen; er zog es vor, neben dem Priester des Gottes (ἵν' ᾧ σοι ξυμπότης, Fr. 297) zu sitzen" etc.

* Fallitur igitur Ravius, qui de ea re haec dicit (p. 35): „Aristophanes quidem semel (Ran. 1309) παρά cum dativo rei composuit, sed haec verba Aeschylo tribuuntur, cui haec dictio egregie convenit".

Hactenus Kockius. Sed quid, quaeso, Cratinus profecisset, si iuxta Bacchi sacerdotem sedisset? Nec enim credo, sacerdotem omnibus, qui iuxta eum sederent, vinum praebuisse, neque id Ranarum loco allato conficitur, ubi Bacchus sacerdotem suum rogat, ut se servet, ut *in posterum* videlicet, non ilico in theatro eius compotor sit. Itaque iuxta Bacchi sacerdotem sedere nihilo magis interfuisset Cratini, quam apud statuam Bacchi. Accedit, quod nullum memini locum, quo v. ἱερεύς ita omissum sit; certe apud Ar. non omittitur, ut A. 1087 ὁ τοῦ Διονύσου γάρ σ' ἱερεὺς μεταπέμπεται. Pl. 687 ὁ ἱερεὺς αὐτοῦ. 1175 τοῦ σωτῆρος ἱερεὺς ὢν Διός. Cf. Eupolid. 19 (K.) ἱερεὺς Διονύσου. Neque vero vulgata interpretatio, a Casaubono, ut videtur, profecta, ex qua verba παρὰ τῷ Διονύσῳ eodem modo intelleguntur, quo παρ' Ἁρμοδίῳ in Ec. 682 (cf. Bachm. p. 120), „iuxta D. statuam", ne haec quidem, inquam, interpretatio probari potest: nam de Bacchi statua, in theatro statuta, neque ab antiquis scriptoribus quidquam traditum est, neque ulla vestigia eius ab huius aetatis scrutatoribus antiquitatis monumentorum in terra reperta sunt, ut dubitare liceat non solum de loco eius, verum etiam fueritne omnino in theatro. Quae cum ita sint, assentior scholiastae, haec simpliciter explicanti ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ θεάτρῳ, (nam παρὰ τῷ Δ. est „domi Bacchi", domus autem Bacchi est theatrum) totiusque huius loci sententiam sic intellego: „Cratinum propter victorias eius decebat non in scaena ineptire, sed inter spectatores sedere florentem, laetum": nam λιπαρός non solum nitidum vel bene unctum significat, sed etiam omni ex parte florentem vel laetum: cf. Nub. 1002 λιπαρὸς καὶ εὐανθὴς ἐν γυμνασίοις διατρίψεις. Xen. Hist. gr. 6, 4, 16 τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἦν ὁρᾶν, ὧν μὲν ἐτέθνασαν οἱ προσήκοντες, λιπαροὺς καὶ φαιδροὺς ἐν τῷ φανερῷ ἀναστρεφομένους, ὧν δὲ ζῶντες ἠγγελμένοι ἦσαν, ὀλίγους ἂν εἶδες, τούτους δὲ σκυθρωποὺς καὶ ταπεινοὺς περιιόντας. —672 ᾔσθοντο τὰς ἀφύας παρ' ἡμῖν ἀξίας.

N. 766 παρὰ τοῖσι φαρμακοπώλαις τὴν λίθον ταύτην ἑόρακας;

V. 278 δριμύτατος—ἦν τῶν παρ' ἡμῖν, quod non multum abest a δρ. ἦν ἡμῶν. Similiter nos dicimus „нашu" eodem fere sensu, quo „мы". 611 καθεζομένη παρ' ἐμοί. Similiter apud verba sedendi hanc praepositionem cum dat. invenimus in Av. 728; cum acc. in V. 392. Av. 774. Ec. 617.—809 ἀμὶς—παρὰ σοὶ κρεμήσεται. 1197 παρ' ἀνδράσι ξένοις πίνων.

P. 165 χέζων—παρὰ ταῖς πόρναις. 386 χοιρίδιον—παρ' ἐμοί γε κατεδηδοκώς. Ita edidit Mein., Cobetum secutus, cum libri ἐμοῦ praebeant. Vulgatam lectionem recte defendit Bachmannus (p. 93 sq.): dixisse hoc poetam praegnanti quadam brevitate ita, ut κατεδηδοκώς contineat simul vim accipiendi = παρ' ἐμοῦ λαβὼν s. δεξάμενος κατεδηδοκώς, qua eadem ratione usurpasse eum παρά c. gen. in L. 562 et Av. 982.

P. 854 παρὰ τοῖς θεοῖσιν ἀμβροσίαν λείχειν. 1207 καταθέμενοι παρ' ἐμοὶ ταῦτ' εἴσιτε. Apud hoc verbum etiam παρά c. acc. reperimus his locis: Av. 402. 631.—1299 ἣν (= ἀσπίδα) παρὰ θάμνῳ—κάλλιπον.

Av. 167 ἐκεῖ παρ' ἡμῖν τοὺς πετομένους ἣν ἔρῃ. 326 κἀστὸν — παρ' ἡμῖν;—παρ' ὑμῖν εἴμ' ἐγώ. 330 ἐνέμετο πεδία παρ' ἡμῖν. 598 κοὐκ ἂν μείναιμι παρ' ὑμῖν. Cf. Av. 1450. Pl. 112.—728 καθεδούμεθα — παρὰ ταῖς νεφέλαις. 756 ταῦτα πάντ' ἐστὶν παρ' ἡμῖν—καλά. 758 τοῦτ' ἐκεῖ καλὸν παρ' ἡμῖν ἐστιν. 765 φυσάτω πάππους παρ' ἡμῖν. 768 παρ' ἡμῖν οὐδὲν αἰσχρόν ἐστιν ἐκπερδικίσαι. 1087 παρ' ἡμῖν δεδεμένοι παλεύσετε. 1405 διδάσκειν—παρ' ἡμῖν—μένων—χορόν.

L. 172 τά γε παρ' ἡμῖν πείσομεν, ubi τὰ παρ' ἡμῖν non multum differt ab τὰ ἡμέτερα: quod ad nostras quidem res, i. e. ad nostram civitatem attinet". Eodem sensu in codicibus legitur in L. 243 τὰ παρ' ὑμῶν εὖ τίθει et Th. 1170 τὰ μὲν παρ' ἡμῶν ἴσθι σοι πεπεισμένα, sed utroque loco malim cum Hirschigio et Meinekeo dativum: nec enim video, qua ratione genetivus intellegi possit: nam τὰ παρ' ἡμῖν valet „res nostrae" (cf. Pl. 1149), τὰ παρ' ἡμῶν „res gestae a nobis" (v. Rau. p. 3).—174 τὠργύριον τὤβυσσον ᾖ πὰρ τᾷ σιῷ. 453 παρ' ἡμῖν εἰσι τέτταρες λόχοι, quem locum nescio quo pacto Bachmannus (p. 131) iis annumerat, quibus παρά „domi alicuius" significat. Sed hic παρ' ἡμῖν εἰσι nihil aliud esse potest nisi „nobis sunt", i. e. „nos habemus".

Th. 479 ὁ—ἀνὴρ παρ' ἐμοὶ καθηῦδεν. Apud verba dormiendi et cubandi praepositio legitur cum dativo etiam in Ec. 628. 701. 723. 894. 938. 1039. 1050. Pl. 742. Apud eadem verba παρά c. acc. invenimus in A. 72. Th. 1193.

R. 1309 παρὰ—κύμασι στωμύλλετε.

Ec. 628 παρὰ τοῖσι καλοῖς καταδαρθεῖν. 655 ἤν τις ὄφλῃ παρὰ τοῖς ἄρχουσι δίκην τῳ, „coram magistratibus", i. e. „a m. damnatus". 682 στήσασα παρ' Ἁρμοδίῳ. Eidem verbo additur παρά c. acc. in V. 1083. P. 1269. L. 634. 1122. 1275. R. 1378. Ec. 787.—

689 οὐκ ἔσται τοῦτο παρ' ἡμῖν. 697 παρ' ἐμοὶ—καὶ καλλίστη καὶ λευκοτάτη (μεῖράξ ἐστι). 701 καθεύδειν—παρ' ἐμοί. 723 παρὰ τοῖς δούλοισι κοιμᾶσθαι. 870 μὴ καὶ παρὰ τῇ στρατηγίδι, ὅταν κατατιθῶ, προσποιῇ τῶν χρημάτων. 894 et 1050 παρ' ἐμοὶ—καθεύδειν. 938 παρὰ τῇ νέᾳ καθεύδειν. 1039 παρὰ σοὶ καθεύδειν.

Pl. 112 παρ' ἡμῖν ἦν μένῃς. 393—394 καὶ ποῦ 'στιν; —παρ' ἐμοί.—παρὰ σοί;—Πλοῦτος παρὰ σοί; 559—561 παρὰ τῷ μὲν—ποδαγρῶντές—εἰσιν,—παρ' ἐμοὶ δ' ἰσχνοί. 589 τὸν πλοῦτον ἐᾷ παρ' ἑαυτῷ. 742 ἐγκατακείμενοι παρ' αὐτῷ. 1046 παρ' ἐμοὶ χθὲς ἦν. 1120 εἶχον—παρὰ ταῖς καπηλίσιν πάντ' ἀγαθά. 1149 τὰ—παρ' ὑμῖν ἐστι βελτίω.

Fr. 149, 6 εἰσὶ—ἄνδρες παρ' ὑμῖν ᾀδοφοῖται; 411, 2 Εὔαθλος... παρ' ὑμῖν τοῖς νέοις (ἔστι).

Eodem sensu praedita est particula his locis, ubi e verbis *passivis* pendet (quod longe aliud est atque ὑπό c. gen.).

R. 910 παρὰ Φρυνίχῳ τραφέντες.

Fr. 129, 2 ὑπαλειφόμενος παρ' ἰατρῷ.

II. 1) *Tralato* sensu, ita tamen, ut localem significationem aliqua ex parte retineat, usurpatur praepositio, e v. εἶναι suspensa, ad indicandum, aliquid *penes* aliquem vel in alicuius potestate esse cogitari.

N. 112 εἶναι παρ' αὐτοῖς φασιν ἄμφω τὼ λόγω. 903 παρὰ τοῖσι θεοῖς (δίκη ἐστί).

Av. 603 ὑγίειαν—οὖσαν παρὰ τοῖσι θεοῖσιν.

2) Ad *animum* notione tralata, praepositio eum indicat, cuius *iudicio* aliquis laude, honore, dedecore, gratia sim. dignus est („у, въ глазахъ“).

V. 1462 πολλοῦ—ἐπαίνου παρ' ἐμοὶ καὶ τοῖσιν εὖ φρονοῦσιν τυχών, ubi etiam παρά c. gen. dici poterat (cf. Rau. p. 47 sq.).

Av. 1278 τιμὴν παρ' ἀνθρώποις φέρει.

L. 854 οὐ γὰρ ἀκλεὲς τοὔνομα τὸ σὸν παρ' ἡμῖν ἐστιν οὐδ' ἀνώνυμον.

Ec. 485 ἡμῖν—ἂν αἰσχύνην φέροι πάσαισι παρὰ τοῖς ἀνδράσι τὸ πρᾶγμα τοῦτ' ἐλεγχθέν. 582 τὸ ταχύνειν χαρίτων μετέχει πλεῖστον παρὰ τοῖσι θεαταῖς.

Eadem significatione verbis passivis iudicandi et appellandi * additur in

---

* Temere igitur Ravius (pp. 46—47) hunc usum παρά praepositionis, e verbis appellandi suspensae, ab Atticis abiudicat soliquc Polybio tribuit.

a) V. 1049 οὐδὲν χείρων παρὰ τοῖσι σοφοῖς νενόμισται.

L. 10 παρὰ—τοῖς ἀνδράσιν νενομίσμεθα εἶναι πανοῦργοι.

b) V. 1089 παρὰ τοῖσι βαρβάροισι—μηδὲν ἀττικοῦ καλεῖσθαι σφηκὸς ἀνδρικώτερον.

Av. 761 ἀτταγᾶς—παρ' ἡμῖν—κεκλήσεται.

B. Παρά, c. gen. coniunctum,

Semper personam indicat, *a* qua aliquid proficiscitur sive proprio sive tralato sensu. Itaque suspensum invenitur

1) ex verbis *movendi*, qualia sunt:

ἥκειν: Av. 1533 ἥξουσι πρέσβεις παρὰ τοῦ Διός, ubi praepositio simul e duabus vocibus, quae una praedicatum faciunt, suspensa est. 1588 πρεσβεύοντες—ἥκομεν παρὰ τῶν θεῶν.

L. 613 ἥξει παρ' ἡμῶν τὰ τρίτ' ἐπεσκευασμένα.

Pl. 358 εἴ τι κεκλοφὼς—ἐκεῖθεν ἥκεις ἀργύριον ἢ χρυσίον παρὰ τοῦ θεοῦ, quo loco Bachmann. (p. 130) recte iubet verba π. τ. θεοῦ cum v. ἥκεις coniungi, quod ceteris locis Ar. dicere soleat κλέπτειν τί τινος. 521 ἔμπορος ἥκων ἐκ Θετταλίας παρά τ' ἄλλων ἀνδραποδιστῶν, ubi τ' ἄλλων Velsenus e coniectura scripsit pro πλείστων librorum; quae coniectura violentior mihi videtur esse.

(ἀνα)πέτεσθαι: Av. 795 παρ' ὑμῶν—ἀνέπτετο. 1230 πέτομαι παρὰ τοῦ πατρός.

ἐξελθεῖν: Ec. 48 παρὰ τἀνδρὸς ἐξελθεῖν.

ἀνεστηκέναι: Ec. 1073 ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων, ubi verbum praegnanti quadam vi praeditum est: „surrexit et venit".

Eodem pertinent duo loci, quibus verbum movendi e praecedentibus auditur:

Av. 1202 παρὰ τῶν θεῶν ἔγωγε.

Ec, 522 οὔ τοι παρά του μοιχοῦ γε φήσεις, ubi sine causa videtur Velsenus του pro τοῦ codicum scripsisse. V. Blaydes. ad h. l.

2) Ex verbis *sumendi*, *accipiendi*, *dandi*, *habendi*, *cupiendi*, *ferendi* sim. pendet praepositio:

λαμβάνειν: A. 389 λαβὲ—παρ' Ἱερωνύμου—Ἀιδὸς κυνῆν.

E. 959 παρ' ἐμοῦ —τουτονὶ λαβών. 1190—1 λαβὲ—πλακοῦντος πίονος παρ' ἐμοῦ τόμον.—παρ' ἐμοῦ δ' ὅλον γε τὸν πλακοῦντα τουτονί.

V. 785 τὸν μισθὸν ὁπόθεν λήψομαι;—παρ' ἐμοῦ.

L. 533 παρ' ἐμοῦ—λαβών. 1206 ἔστι παρ' ἐμοῦ λαβεῖν πυρίδια.

R. 251 τουτὶ παρ' ὑμῶν λαμβάνω.

Pl. 164 χρυσίον παρὰ σοῦ λαβών. 829 οὐσίαν παρὰ τοῦ πατρὸς λαβών.

Fr. 649, 2 ἀγρὸν—ἔλαβεν—παρ' αὐτοῦ.

παραλαμβάνειν: Av. 1543 ἣν—ἣν—παρ' ἐκείνου παραλάβῃς.

R. 939 παρέλαβον τὴν τέχνην παρὰ σοῦ.

(παρα)δέχεσθαι: L. 603 ταυτασὶ δέξαι παρ' ἐμοῦ.

R. 1013 αὐτοὺς παρ' ἐμοῦ παρεδέξατο.

διδόναι: E. 869 ἔδωκας—τουτῳὶ κάττυμα παρὰ σεαυτοῦ.

ἔχειν: N. 459 ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ κλέος—ἐν βροτοῖσιν ἕξεις, ubi παρ' ἐμοῦ cum κλέος ἕξεις, non cum μαθών, ut vulgo, coniungendum docuit Kockius et Bachmann. (p. 13).

V. 102 παρὰ τῶν ὑπευθύνων ἔχοντα χρήματα.

Av. 1213 σφραγῖδ' ἔχεις παρὰ τῶν πελαργῶν;

Iam sequuntur cetera verba:

E. 802 ἵνα—δωροδοκῇς παρὰ τῶν πόλεων, ubi πόλις pro persona habetur: nam incolae intelleguntur (cf. Bachm. p. 130).

N. 412 τῆς μεγάλης ἐπιθυμήσας σοφίας—παρ' ἡμῶν.

V. 56 μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα. 680 παρ' Εὐχαρίδου—τρεῖς γ' ἄγλιθας μετέπεμψα.

P. 261 παρ' Ἀθηναίων μεταθρέξει (ἀλετρίβανον), quod verbum, etsi proprie motum significat, tamen his malui annumerare, quippe quod omnino in notionem arcessendi abierit.

Av. 608 τριακόσι' αὐτοῖς ἔτι προσθήσουσ' ὄρνιθες ἔτη.—παρὰ τοῦ;—παρ' ὅτου; παρ' ἑαυτῶν. 982 ὃν (= τὸν χρησμὸν)—παρὰ τἀπόλλωνος ἐξεγραψάμην „ab Ap. acceptum".

L. 562 εἰς τὸν χαλκοῦν ἐμβαλλόμενον πῖλον λέκιθον παρὰ γραός „pultem, ab anu emptam". * 1057 ὅστις ἂν—δανείσηται παρ' ἡμῶν.

Pl. 884 πριάμενος τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' Εὐδάμου.

Fr. 25 ταυτὶ τὰ κρέ' αὐτῷ παρὰ γυναικός του φέρω.

Similiter e verbo εἶναι pendet praepositio in

N. 431 ἔσται σοι τοῦτο παρ' ἡμῶν. 533 πιστὰ παρ' ὑμῶν γνώμης ἔσθ' ὅρκια.

---

* Ceterum nescio, cur Brunckius in conversione huius loci et Bachmann. p. 94 pultem masculinum fecerint (ille: „pultem a vetula sumptum"; hic „pultem emptum ab anu").

Th. 183 τίς—παρ' ἡμῶν ἐστιν ὠφέλειά σοι;

Pl. 532 παρ' ἐμοῦ δ' ἔστιν ταῦτ' εὔπορα πάνθ' ὑμῖν.

Denique exstat locus, ubi verbum sumendi, unde suspensa est praepositio, cogitatione supplendum est:

Fr. 198, 2—6 τοῦτο παρὰ Λυσιστράτου.—τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων.—παρ' Ἀλκιβιάδου τοῦτο.

3) Ex verbis, quae ad animum tralatam accipiendi notionem habent, ut ἀκούειν, μανθάνειν, πυνθάνεσθαι, praepositio his locis pendet (cf. Bachm. p. 127—129):

ἀκούειν: Av. 690 ἀκούσαντες πάντα παρ' ἡμῶν.

R. 896 παρὰ σοφοῖν ἀνδροῖν ἀκοῦσαι.

μανθάνειν: N. 840 τί—ἂν παρ' ἐκείνων καὶ μάθοι χρηστόν τις ἄν; 886 αὐτὸς μαθήσεται παρ' αὐτοῖν τοῖν λόγοιν, ubi λόγοι personae esse finguntur.

V. 1281 μαθόντα παρὰ μηδενός.

Av. 376 παρὰ - φίλου οὐ μάθοις ἄν. 378 παρ' ἀνδρῶν ἔμαθον ἐχθρῶν.

Th. 22 πόλλ' ἂν μάθοις τοιαῦτα παρ' ἐμοῦ.

R. 1028 ἐχάρην γοῦν, περὶ νίκης τι μαθὼν παρὰ Δαρείου τεθνεῶτος, ὁ χορὸς δ' εὐθὺς τὼ χεῖρ' ὡδὶ συγκρούσας εἶπεν ἰαυοῖ. Ita Velsenus e coniectura edidit, cum libri contra metrum exhibeant: ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Δ. τ. Alii aliter locum emendare conantur.

πυνθάνεσθαι: Av. 47 παρ' ἐκείνου πυθέσθαι.

Th. 4 παρὰ σοῦ πυθέσθαι.

Pl. 594 παρὰ τῆς Ἑκάτης—πυθέσθαι.

4) Denique apud verba *dicendi* bis praepositionem παρά reperimus.

A. 1057 παρὰ τῆς νύμφης—λέξαι.

Av. 692 (ἵνα) παρ' ἐμοῦ Προδίκῳ κλάειν εἴπητε.

5) Semel apud verbum *passivum* legitur παρά, ita tamen, ut notionem suam teneat neque significationem praepositionis ὑπό assumat (cf. Madv. Synt. § 78 ann.):

A. 226 παρ' ἐμοῦ πόλεμος αὔξεται „съ моей стороны".

6) Restant pauci loci, ubi praepositio cum nomine suo e substantivo pendet, verbo movendi aut capiendi omisso.

A. 61 οἱ πρέσβεις οἱ παρὰ βασιλέως. 134 Θέωρος ὁ παρὰ Σιτάλκους.

V. 1160 ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ καττύματα „ab hostibus accepta".

Longe alia ratio est loci

Av. 1172 τῶν—θεῶν τις—τῶν παρὰ τοῦ Διός—εἰσέπτετο, quod breviter dictum est pro τῶν παρὰ τῷ Διὶ παρὰ τοῦ Διὸς εἰσέπτετο (Kr. I, 50, 8, 10).

De Th. 1170 iam supra diximus.

C. Παρά, c. acc. coniunctum,

I. *Locali* significatione, ex verbis movendi suspensum,

1) *Personam* indicat, *ad* quam aliquid movetur (cf. Bachm. p. 114).

N. 853 παρελθὼν—παρὰ τοὺς γηγενεῖς.

P. 884 ἄγειν παρ' αὐτόν.

Av. 46 ὁ—στόλος νῷν ἐστι παρὰ τὸν Τηρέα, ubi στόλος ἐστί idem est quod πορευόμεθα. 333 παρέβαλε—ἐμὲ παρὰ γένος ἀνόσιον, qui locus corruptus esse videtur: v. Mein. Vind. p. 87 et Blaydes. ad h. l. 844 κήρυκα—πέμψον παρ' ἐμέ. 992 et 1039 ἥκω παρ' ὑμᾶς. 1269 παρὰ τοὺς βροτοὺς οἰχόμενον.

Ec. 695 δεῦρο παρ' ἡμᾶς, ubi v. movendi auditur.

Huc fortasse pertinet locus

Av. 846 αὐτοῦ μένων οἴμωζε παρ' ἐμέ, in quo explicando interpretes inter se non consentiunt. Brunckius enim, duobus locis Plautinis collatis, ista interpretatur „mea causa" (= „что касается до меня, по мнѣ"), quae vis a praepositione παρά aliena esse videtur (v. Kock.). Kockius ἐλθών audiri iubet, ut sententia sit δεῦρ' ἔλθ' ἵνα κλάῃς. Sed hoc cum αὐτοῦ μένων non congruit. Mihi omnia plana fore videntur, si παρά eodem sensu accipiamus, quo πρός in A. 1032 κλᾶε πρὸς τοὺς Πιττάλου: „ipse hic manens mitte fletum tuum ad me": ut Pithetaerus Euelpidem ad se praeconem, ita hic illum ad se fletum mittere iubet. Παρά autem pro πρός dixit παίζων, ἐπειδὴ εἶπεν αὐτῷ παρ' ἐμέ (v. 844 et 845).

2) Altera significatio παρά praepositionis, c. acc. coniunctae, est „iuxta, apud, secundum", cum *res* vel *persona* indicatur, *iuxta* quam vel in cuius vicinitate aliquid est vel fit vel movetur.

a) Ac primum omnium de verbis ἵστασθαι, τίθεσθαι, ἕζεσθαι pauca praemonenda videntur. Quae cum et motus et quietis notionem habeant, interdum difficile dictu est, utro sensu παρά c. acc., ex iis suspensum, accipiendum sit: „ad" an „apud". Atque verbo ἵστασθαι

additum, παρά c. acc. semper „apud“ valere existimo. Cuius rei has habeo afferre rationes: primam, quod huic verbo Ar. semper ἐν et ἐπί c. gen. (Fr. 138) vel dativo (V. 754), nunquam εἰς vel ἐπί c. acc. adiungit (ἵστασθαι ἐπὶ τρεῖς ἀσπίδας stata locutio est neque opponi potest); alteram, quod in P. 1269 dixit αὐτοῦ παρ' ἐμὲ στάν, αὐτοῦ autem est „hic“, non „huc“; tertiam, quod in R. 1378 παρίστασθον παρὰ τὼ πλάστιγγε praepositionem cum re coniunxit, quod nisi sensu „apud“ fieri non potest. Idem de v. τίθεσθαι in Av. 402 τὸν θυμὸν κατάθου—παρὰ τὴν ὀργήν valet, ubi praepositio cum abstracto coniuncta est. Sed in Av. 631 de vi praepositionis dubitari potest: nam τιθέναι tum pro quiescendi, tum pro movendi verbo habetur; qua de causa ei et εἰς, et ἐν, et ὑπό c. dat. apponitur. Verbo ἕζεσθαι additum παρά „apud“ significat: nam omnibus tribus locis, ubi ei παρά appositum est, „sedere“, non „considere“ valet; atqui etiam hoc sensu in E. 750 cum ἐν coniunctum est. Cf. E. 403. V. 90. Av. 742. L. 1140. Th. 1182. Pl. 185. 382. Fr. 474, 2. (De R. 199 v. Fritzscheum).

Iam afferamus locos.

ἵστασθαι: V. 1083 στὰς ἀνὴρ παρ' ἄνδρα.

P. 1269 αὐτοῦ παρ' ἐμὲ στάν.

L. 634 ἑστήξω παρ' αὐτόν. 1122 στῆτε παρ' ἐμέ. 1275—6 ἀνὴρ δὲ παρὰ γυναῖκα καὶ γυνὴ στήτω παρ' ἄνδρα.

R. 1378 παρίστασθον παρὰ τὼ πλάστιγγε.

Ec. 737 ἵστω παρ' αὐτήν.

τίθεσθαι: Av. 402 τὸν θυμὸν κατάθου—παρὰ τὴν ὀργήν, ubi schol. V: ὡσεὶ ὁπλίτῃ ἐγκελεύων τὸ δόρυ καταθέσθαι παρὰ τὴν ἀσπίδα. 631 παρ' ἐμὲ θέμενος ὁμόφρονας λόγους, quod Beckius et Kockius analogia τίθεσθαι τὰ ὅπλα παρά τινα „arma cum alqo coniungere“ recte mihi explanare videntur. Contra Mein. (Vind. p. 99), Reiskeum secutus, et Blaydesius male παρ' in πρός mutari iubent, quemadmodum φιλίαν, εἰρήνην et similia θέσθαι πρός τινα dicantur, non item παρά τινα.

ἕζεσθαι sim.: V. 392 παρὰ τὸν κλάοντα καθῆσθαι.

Av. 774 ὄχθῳ ἐφεζόμενοι παρ' Ἕβρον ποταμόν.

Ec. 617 παρὰ τὰς σεμνὰς καθεδοῦνται.

b) Quibus expositis, ad eos locos transeamus, ubi παρά, „iuxta, apud, secundum“ significans, ex verbis *movendi* pendet; quo in

genere et personis (α), et rebus (β), quod saepius invenitur, adiungitur.

α) P. 726 παρ' αὐτὴν τὴν θεόν, ubi ex proximis audiendum est καταβήσει.

β) A. 996 παρὰ τόνδε (= τὸν ἀμπελίδος ὄρχον) νέα μοσχίδια συκίδων (sc. ἐλάσαι) „вдоль, параллельно".

V. 1520 πηδᾶτε παρὰ ψάμαθον καὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτου.

Av. 390 καὶ τὸ δόρυ χρή, τὸν ὀβελίσκον, περιπατεῖν ἔχοντας ἡμᾶς τῶν ὅπλων ἐντός, παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν ἄκραν ὁρῶντας ἐγγύς. Haec lectio a Dawesio instituta est; libri plurimi et optimi habent παρὰ τὴν χύτραν ἄκραν αὐτήν, deteriores duo παρ' αὐτὴν τὴν χ. ἄκρ. αὐτ. Sed Dawesius dimidio locum sanavit: nam in eius lectione aut ἄκραν, aut ὁρῶντας vitiosum est. Omnium facillima videtur Bentlei emendatio, qui pro ἄκραν reponi iubet ἄντην. Ceterum, utut res se habet, verba παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν cum περιπατεῖν coniungenda sunt.

R. 1068 παρὰ τοὺς ἰχθῦς ἀνέκυψεν.

c) Ubi ex verbis, quietum statum vel actionem significantibus, praepositio hoc sensu pendet, plerumque cum rebus, rarius cum personis coniungitur (quae in dativo saepius ponuntur) atque semper „iuxta, apud", nunquam aut rarissime, nisi quid me fallit, „in alicuius domo vel terra" valet neque alicui aliquid esse vel aliquem aliquid habere indicat.

α) Personis igitur his locis adiungitur:

V. 1108 οἱ δὲ παρὰ τοὺς ἕνδεκα (sc. δικάζουσι).

Th. 489 ἐρείδομαι παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ, quem locum Vogelreuterus (p. 45) ridicule iis annumerat, ubi παρά motum aliquo directum denotat. 1193 τί οὐ κατεύδει παρ' ἐμέ, quae verba Scythae sunt.

Fr. 126 ἧμει παρὰ τοὺς ἀρχηγέτας „apud archegetarum statuas".

Huc pertinent etiam

A. 759 παρ' ἁμὲ πολυτίματος (ὁ σῖτός ἐστι), quod cum „in terra nostra" valeat, Megaricae dialecti proprium esse Ravio assentior (p. 63).

Fr. 451, 2 γυναῖκα δὲ ζητοῦντες ἐνθάδ' ἥκομεν, ἥν φασιν εἶναι παρὰ σέ. Hic quoque postrema verba „tuae domi" valere videntur. „Sed a summo elegantissimi sermonis Attici artifice Aristophane aliena esse haec verba censuerim, nam et corruptissime tradita sunt et fabulam Ποίησιν [unde hoc fragmentum desumptum

est] nonnulli grammatici ab Aristophane abiudicaverunt et Archippo tribuerunt" (Rau. p. 63). Ceterum, etiamsi ipsius Aristophanis sunt, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

β) Rebus additur praepositio in

A. 72 παρὰ τὴν ἔπαλξιν—κατακείμενος.

V. 394 κοὐ μή ποτέ σου παρὰ τὰς κάννας οὐρήσω μηδ' ἀποπάρδω.

Av. 145—6 ἔστι—πόλις παρὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν.—μηδαμῶς ἡμῖν γε παρὰ θάλατταν. 244 ἑλείας παρ' αὐλῶνας—ἐμπίδας κάπτετε (de quo loco v. infra p. 196).

L. 835 ποῦ δ' ἐστὶν ὅστις ἐστί;—παρὰ τὸ τῆς Χλόης. 1302 τοὶ δὴ πὰρ Εὐρώταν ψιάδδοντι. 1309 ταὶ κόραι πὰρ τὸν Εὐρώταν ἀμπάλλοντι πυκνὰ ποδοῖν.

R. 162 ἐγγύτατα παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν—οἰκοῦσιν. 194 παρὰ τὸν Αὐαίνου λίθον (sc. ἀναμενεῖς).

Pl. 795 παρὰ τὴν ἑστίαν (sc. δέξομαι τὰ καταχύσματα). 1153 παρὰ τὴν θύραν—ἱδρύσασθέ με.

Verbum εἶναι audiri potest his locis:

N. 326 παρὰ τὴν εἴσοδον.

Ec. 685 τὴν παρὰ ταύτην (sc. στοιάν).

3) Restat locus

A. 68 ἐτρυχόμεσθα παρὰ Καΰστριον πεδίον ὁδοιπλανοῦντες. Libri διὰ τῶν Καυστρίων πεδίων, nisi quod Rav. habet παρά pro διά; unde Dindorfius, cum talia numero plurali dici solere negaret, articulo deleto, accus. singularis posuit. Atque articulum haud raro alibi a librariis inseri egregie docuit Bachmannus (p. 36 sq.); hoc loco eum facile addere potuerunt, pro trisyllabo Καυστρίων habentes (Blaydes.). Itaque, cum διά, genetivo pluralis appositum, vix ferri possit, Dindorfii emendatio lenissima et quae optimi codicis scriptura nitatur primo aspectu probanda videtur. Nam aliae coniecturae hac multo deteriores sunt, ut Elmslei, qui, coll. P. 989 οἵ σου τρυχόμεθ' ἤδη τρία καὶ δέκ' ἔτη, hic quoque praepositionem deleri solumque genetivum relinqui iubet. Sed τρύχομαι, cum gen. coniunctum, „desiderio alicuius macerari" valet. Similiter praepositionem deleri iussit R. Klotzius, ita tamen, ut genetivus cum v. ὁδοιπλανοῦντες coniungeretur (cf. Kr. II, 46, 1, 2): quam coniecturam Ravius (p. 34) speciosissimam vocat; ego vero ne Atticam quidem esse contendo. Neque Blaydesii coniecturae, ποταμόν pro πεδίον reponentis aut ἀνὰ τὸ Καΰστριον πεδίον scribentis, ullo pacto probari possunt: illa

quod a codicum lectione longius abest, in hac insuper ἀνά offensioni est. Sed re vera ne Dindorfii quidem emendatio probari potest. Quo enim sensu παρὰ πεδίον ὁδοιπλανεῖν accipiendum est? Nonne „per planitiem errare"? At hic praepositionis usus (ut idem quod κατά significet) ab Atticis alienus videtur neque facile nisi apud recentiores poetas reperitur (Bau. p. 65). Eadem de causa apud Thucydidem 6,. 32, 1 κρατῆρας κεράσαντες παρ' ἅπαν τὸ στράτευμα, quod vulgo vertunt „per totum exercitum" (v. Thes. v. VI, p. 196), praepositionem usitatam vim suam („iuxta") retinere existimo: nam qui κρατῆρας ἐκεράννυσαν extra exercitum stetisse putandi sunt. Hic mihi forsitan aliquis opponat Av. 244 ἑλείας παρ' αὐλῶνας—ἐμπίδας κάπτετε, quod Brunckius vertit „in paludosis vallibus culices devoratis". Sed quidni interpretemur: „iuxta loca angusta et palustria", i. e. non in ipsis paludibus, sed in earum ripis, praesertim cum Suida, hunc Ar. locum sine dubio respiciens, ἑλείας αὐλῶνας dici tradat τὰς ἑλώδεις διώρυχας, i. e. fossas paludibus similes (v. Thes. v. III, p. 708)?—Quid igitur scripsit Aristophanes? Διὰ Καϋστρίων πεδίων, opinor: genetivum enim omnium codicum consensus tuetur, itemque διά praepositionem praeter Rav., apertissime in errore versantem, ceteri omnes (atque etiam lemma scholii ipsius Rav.) sine variatione ulla exhibent. Atque διά sensu „per" Ar. dixisse iam supra vidimus (p. 117 sq.); pluralem autem numerum huius vocabuli etiam alibi prorsus eodem sensu, quo singularem, positum invenimus, ut et Ἠλύσιον πεδίον dicitur et Ἠλύσια πεδία; fortasse autem pluralis ita explicandus est, ut eo alii quoque campi, Caystrio similes, designentur; qui usus, in personarum nominibus frequentior, interdum in locorum quoque nominibus invenitur (cf. Kr. I, 44, 3, 7), ut Her. 3, 160 δέκα Βαβυλῶνες. Plat. Reip. 387 B τὰ περὶ ταῦτα ὀνόματα—ἀποβλητέα, Κωκυτούς τε καὶ Στύγας καὶ ἐνέρους. Similem usum in Latino quoque sermone deprehendimus (Kuehn. II, p. 51), ut Catull. 45, 22 Syrias Britanniasque. Prop. 3 (2). 16, 10 alias Illyrias. Queruntur igitur legati, misere se afflictatos esse, cum per campum Caystrium aliaque loca amoenissima oberrarent, quod in patrium sermonem ita verterim: „вотъ мы мучились-то, разъѣзжая по разнымъ Каистрійскимъ равнинамъ". Restat, ut doceam, unde παρά in Rav. irrepsisse existimem. Cum διά et παρά nullo pacto confundi possint, puto librarium, oculis aberrantem in v. 72, inde παρά in v. 68 transtulisse. Cf. quae infra (in περί) dicentur de Pl. 1131.

II. Iam transeamus ad *tralatum* particulae *usum*, qui multo rarius invenitur, quam proprius.

1) Ac primum quidem παρά semel de *convenientia* duarum rerum legimus, ubi aliquid *secundum* aliam rem fieri dicitur (quo intellectu Graeci κατά praepositione uti solebant).

Th. 121 (ἀείσατε) Λατώ τε, κρούματά τ' Ἀσιάδος ποδὶ παρ' εὔρυθμα Φρυγίων δινεύματα Χαρίτων, ubi παρ' εὔρυθμα a Dindorfio pro παράρυθμ' εὔρυθμα codicum, δινεύματα a Bentleio pro διανεύματα repositum est. Sensum loci schol. explicat: τῇ Φρυγίᾳ ἁρμονίᾳ ἡρμοσμένα. Itaque ad verbum haec ita vertenda sunt: „Latonamque celebrate et pulsus Asiaticae citharae, qui secundum pulchre numerosas Phrygiarum Gratiarum saltationes fiunt". Sed hic praepositionis usus adeo insolitus fuisse videtur, ut Ravius (p. 85) nullum aliud eius exemplum afferre potuerit praeter locutionem παρὰ στάθμην „ad amussim": quare de emendatione dubito.

2) Multo usitatior fuit contraria significatio, cum praepositione indicatur, alteram rem cum altera *non convenire*, quod Latine „praeter" vel „contra" particulis declaratur. Cuius usus unum exemplum apud Ar. exstat.

P. 794 ὃ παρ' ἐλπίδας εἶχε τὸ δρᾶμα „praeter spem".

3) Tum vero παρά *alternationem* designat in

R. 643 πληγὴν παρὰ πληγὴν ἑκάτερον (sc. πατάξω vel sim.), quod proprie significat: „plagam iuxta plagam infligam", i. e. aliam post aliam, alternas plagas.

4) Quarto loco ponam eum particulae usum, ex quo *exclusionem* significat, ubi Latini „praeter" praepositionem, nos „кромѣ, помимо" usurpare solemus. Quae vis tribus locis in una eademque locutione occurrit.

N. 698. V. 1166. P. 110 οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα „alia praeter haec non sunt", i. e. „aliter fieri non potest".

5) Restat, ut dictionem παρὰ πολύ commemorem, quae superlativo additur ad eius vim augendam eodem sensu, quo Latini „multo" dicunt.

Pl. 445 δεινότατον ἔργον παρὰ πολὺ ἔργων ἁπάντων.

ΠΕΡΙ.

De forma. Περί, cum genetivo suo postponitur, anastrophe afficitur, nec in sublimi solum oratione, ut aliae praepositiones, sed etiam in quotidiano sermone: nam πέρι ter in canticis: N. 956. L. 627. 1289; duodecies in senariis legitur: P. 105. 216. Av. 23. 113. 1101. 1631. L. 190. 1235. Th. 1102. R. 809. 1426. Pl. 199.

De usu. In *tmesi* semel legitur in cantico Av. 346; ceteris locis περί praepositio est, genetivo 139, accusativo 46, dativo 5 locis iuncta.

A. Περί, c. gen. coniunctum,

I. Illud significat, *de* quo aliquid dicitur, cogitatur, sentitur, agitur („о, относительно" etc.).

1) Saepissime ex verbis et locutionibus, *dicendi*, *cogitandi*, *sentiendi* notionem habentibus, suspensum invenitur, ut

λέγειν: A. 39 ἐὰν—περὶ εἰρήνης λέγῃ. (De v. 356 v. supra p. 135). 499 λέγει—περὶ τῆς πόλεως.

V. 343 λέγεις σύ τι περὶ τῶν νεῶν ἀληθές.

Av. 23 τῆς ὁδοῦ τι λέγει πέρι; 25 τί—λέγει περὶ τῆς ὁδοῦ; 1675 δίκαια λέγειν περὶ τῆς κόρης.

εἰπεῖν: N. 159 τί—εἶπε περὶ τῆς ἐμπίδος;

Av. 1101 εἰπεῖν τι—τῆς νίκης πέρι.

φράζειν: E. 514 φράσαι περὶ τούτου.

R. 65 μὴ—περὶ ἔτνους (sc. φράσῃς).

χρησμός: E. 126 τὸν περὶ σεαυτοῦ χρησμόν. 1005 sq. εἰσὶν δὲ περὶ τοῦ (sc. οἱ χρησμοί);—περὶ Ἀθηνῶν, περὶ Πύλου, περὶ σοῦ, περὶ ἐμοῦ, περὶ ἁπάντων πραγμάτων. — οἱ σοὶ δὲ περὶ τοῦ; — περὶ Ἀθηνῶν, περὶ φακῆς, περὶ Λακεδαιμονίων, περὶ σκόμβρων νέων, περὶ τῶν μετρούντων τἄλφιτ' ἐν ἀγορᾷ κακῶς, περὶ σοῦ, περὶ ἐμοῦ, περὶ ἁπάντων πραγμάτων. 1012 τὸν περὶ ἐμοῦ (sc. χρησμόν). 1027 ἐμοὶ—ἔστ' ὀρθῶς (sc. χρησμὸς) περὶ τούτου τοῦ κυνός. 1063 οὑτοσί—ἔστι περὶ τοῦ ναυτικοῦ ὁ χρησμός. 1086 χρησμὸς περὶ σοῦ.

ἀκούειν: Av. 690 ἀκούσαντες—περὶ τῶν μετεώρων.

Th. 577 ἀκούσας πρᾶγμα περὶ ὑμῶν μέγα.

μανθάνειν: N. 638—9 περὶ μέτρων ἢ ῥυθμῶν ἢ περὶ ἐπῶν (βούλει μανθάνειν); — περὶ μέτρων. 647 μανθάνειν περὶ ῥυθμῶν. 681 περὶ τῶν ὀνομάτων μαθεῖν.

R. 1028 περὶ νίκης τι μαθὼν παρὰ Δαρείου τεθνεῶτος, de quo v. supra p. 191.

γνώμην (ἔχειν, εἰπεῖν, προθεῖναι): E. 931 γνώμην ἐρεῖν μέλλοντα περὶ Μιλησίων.

R. 1422 περὶ Ἀλκιβιάδου τίν' ἔχετον γνώμην; 1424 ἔχει—περὶ αὐτοῦ τίνα γνώμην; 1436 γνώμην—εἴπατον περὶ τῆς πόλεως.

Ec. 396 περὶ σωτηρίας γνώμας προθεῖναι τῆς πόλεως.

δεῖσαι, δεδιέναι: V. 1358 ταῦτ' οὖν περί μου δέδοικε μὴ διαφθαριῶ.

Ec. 586 περὶ—τοῦ καινοτομεῖν μὴ δείσῃς.

Pl. 199 ἓν μόνον δέδοικα.—φράζε, τοῦ πέρι.

Huc adde θαρρεῖν: Ec. 621 περὶ σοῦ θάρρει „de te bono animo esto".

Apud eadem verba timendi περί c. dat. quoque ponitur, de quo v. infra, non magno, ut videtur, sensus discrimine: nam περί c. gen. apud haec verba nostro „бояться на счетъ чего, по поводу чего" plerumque respondet, περί c. dat. nostro „бояться за что". Cf. Passovii Lex. II, 1, p. 822.

Jam sequuntur reliqui loci.

A. 546 θορύβου στρατιωτῶν, περὶ τριηράρχου βοῆς, quod schol. interpretatur: θορύβου βοώντων περὶ τοῦ δεῖν τριηράρχους εἶναι. Hanc explicationem impugnat Muellerus. „Recte, inquit, si triremium praefecti initio demum belli electi essent, sed illis temporibus praefecti ineunte anno eligebantur (Th. II, 24. Böckh. Staatshaush. I, p. 700); significant haec verba potius clamorem circa praefectos sublatum, qui stipendia, a praetoribus accepta, solvebant. Böckh. l. l. I, 706. Aptissime sequitur μισθοῦ διδομένου". Recte vir doctissimus veterem interpretationem impugnat; quam autem ipse proponit (ut περί „circa" valeat)*, haudquaquam probari potest: nam localis usus περί praepositionis, cum gen. coniunctae, poeticus atque rarissimus est (cf. Thes. v. VI, p. 770. Kuehn. II, p. 426). Itaque aut alia ratio interpretandi ineunda est,

---

* Idem censet Merrius et Vogelreuterus (p. 49), qui huc refert etiam A. 25 ὠστίζεσθαι περὶ τοῦ πρώτου ξύλου.

aut locus emendandus. Atque video Bergkium, cui consentit Muellerus, novum adiectivum excogitasse περιτριηράρχου, Meinekeum (Vind. p. 10) et Holdenum virgulam post στρατιωτῶν delevisse, coll. E. 666 οἱ δ' ἐθορύβουν περὶ τῶν ἀφύων; sed quid sit θορυβεῖν περὶ τριηράρχου βοῆς, equidem non intellego. Quamquam quid ego has nugas commemoro, cum locus simplicissime explicari possit? Quidni enim statuamus, milites de suo quemque trierarcho clamare, i. e. de virtute eius aut ignavia et quae sunt generis eiusdem magna voce inter se loqui, perinde ac senatores in E. 666 de apuis tumultuentur? Paulo aliter locum intellegit Merrius, qui haec Anglice vertit „of shouting after the captain". Is suspicatur agi de militibus, qui trierarchum absentem suum, cuius erat stipendium iis persolvere, diu exspectantes, tandem clamorem tollunt, ut eum evocent. Quae sententia vereor ut possit περί praepositione exprimi. Ceterum, si quis Bergkii Muellerique sententiam (de clamore, *circa* praefectos sublato) sequi velit, scribat, lenissima mutatione facta, περὶ τριηράρχους vel τριήραρχον βοῆς. Cf. de simili re Thuc. 8, 84, 1 θόρυβος περὶ τὸν Ἀστύοχον, qui militibus stipendia dare noluit. In eandem coniecturam video nuper Herwerdenum quoque incidisse (Hermae v. 24, p. 605). 627 τὸν δῆμον μεταπείθει περὶ τῶν σπονδῶν. 646 περὶ τῆς τόλμης—πόρρω κλέος ἥκει.

E. 87 περὶ πότου γοῦν ἐστί σοι; „de potu tibi agitur?" Cf. Frohbergerum ad Lys. 12, 74.—666 ἐθορύβουν περὶ τῶν ἀφύων. 809 ὀνειροπολεῖς περὶ σαυτοῦ.

N. 320 περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν. 382 περὶ τοῦ πατάγου καὶ τῆς βροντῆς μ' ἐδίδαξας. 490 ὅταν τι προβάλλω σοι σοφὸν περὶ τῶν μετεώρων. 736 περὶ τοῦ (sc. φροντιῶ); 739 περὶ τῶν τόκων, ubi ἐξευρεῖν τι βούλομαι vel simile quid audiendum est.

V. 29 περὶ τῆς πόλεώς—ἐστι τοῦ σκάφους ὅλου (sc. τὸ ἐνύπνιον). 546 περὶ τῆς πάσης — βασιλείας ἀντιλογήσειν. 548 περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω. 559 τουτὶ περὶ τῶν ἀντιβολούντων „quod de supplicibus dicis". 767 δίκαζε τοῖσιν οἰκέταις.—περὶ τοῦ;

P. 105 ἐρησόμενος ἐκεῖνον Ἑλλήνων πέρι. 1303 ᾖσας — περὶ τῆς ἀσπίδος.

Av. 596 μαντευομένῳ περὶ τοῦ πλοῦ. 719 ὄρνιν τε νομίζετε πάνθ' ὅσαπερ περὶ μαντείας διακρίνει. Haec est librorum lectio. Quae cum vix intellegi possit (quid enim est „quae de vaticinatione diiudi-

cant"?), hh. dd. omnibus modis haec emendare studebant, sed frustra videntur operam perdidisse. Dobraei enim coniecturam (ὅσαπερ πέρι μαντεία) optimo iure Meinekeus (Vind. p. 101) et Bachmannus (p. 26) damnarunt; Velseni emendatio (ὅσαπερ τῆς μαντείας διακρίνειν), lenissima illa quidem, vereor ne speciosior sit, quam verior, si quidem valet „avem putatis disceptare omnia, quae ad divinationem pertineant": sententia enim haec postulare videtur: „ὄρνιν putatis quidquid futura providendo est," ut φήμη, πταρμός etc., i. e. πᾶν τὸ εἰς μαντείαν συντεῖνον, ut est in loco Thomae Mag., ab interpretibus allato.

L. 14 βουλευσομέναισιν οὐ περὶ φαύλου πράγματος. 37 περὶ τῶν Ἀθηνῶν—οὐκ ἐπιγλωττήσομαι. 190 μὴ — εἰς ἀσπίδ' ὀμόσῃς μηδὲν εἰρήνης πέρι. 502 ὑμῖν — περὶ τοῦ πολέμου τῆς τ' εἰρήνης ἐμέλησεν. 513 τί βεβούλευται περὶ τῶν σπονδῶν—παραγράψαι; 593 περὶ τῶν—κορῶν — ἀνιῶμαι. 627 λαλεῖν — ἀσπίδος χαλκῆς πέρι. 858 κἂν περὶ ἀνδρῶν γ' ἐμπέσῃ λόγος τις. 1235 ἀγγέλλομεν—οὐ ταὐτὰ τῶν αὐτῶν πέρι. 1289 δαίμονας, οἷς ἐπιμάρτυσι χρησόμεθ' οὐκ ἐπιλήσμοσιν ἡσυχίας πέρι τῆς ἀγανόφρονος.

R. 87=107=115 περὶ ἐμοῦ—οὐδεὶς λόγος. 762 νόμος τις ἐνθάδ' ἐστὶ κείμενος περὶ τῶν τεχνῶν. Ita Velsenus edidit περί pro ἀπό codicum, Meinekei coniectura usus, qui in ann. cr. dubitanter proposuit ἐπί aut περί. Corruptelae causam Velsenus eam esse suspicatur, quod ἀπό in contextum irrepserit e scholio ad v. 761. Quae coniectura admodum verisimilis videtur: nam ἀπό neque per se facile intellegi potest, et pro περί dictum, ut est in iis locis, quos Kockius ex Homero et Herodoto affert, ab Atticorum consuetudine loquendi abhorret.—953 περίπατος—περὶ—τούτου „disputatio de hac re". 1052 οὐκ ὄντα λόγον τοῦτον περὶ τῆς Φαίδρας ξυνέθηκα. 1426 ὅ τι νοεῖτον εἴπατον τούτου πέρι „quid sentiatis de illo, dicite".

Ec. 401 περὶ σωτηρίας προκειμένου „cum de salute agatur".

Pl. 467 περὶ τούτου — δοῦναι λόγον. 563 περὶ σωφροσύνης—περανῶ „de temperantia disseram". 574 ἐλέγξαι—περὶ τούτου „refutare in hac re".

2) Ex verbis *agendi* haud raro ita suspenditur praepositio, ut proprie ad notionem dicendi vel cogitandi, quae latet, referenda sit.

A. 60 ἢν μὴ περὶ εἰρήνης γε πρυτανεύσητέ μοι „nisi de pace consultationem mihi proponatis". In Meinekei editione legitur πρυτα-

νεύητε fortasse propter errorem typothetae: nec enim ullam mentionem huius rei in ann. cr. fecit. 170 ποιεῖν ἐκκλησίαν—περὶ μισθοῦ.

Av. 1030 ἐκκλησία περὶ Φαρνάκου.

Th. 83 περί μου—ἐκκλησιάζειν. 377 χρηματίζειν — περὶ Εὐριπίδου.

3) Similiter, ubi ex verbis *veniendi* et *mittendi* (ut ἀφικνεῖσθαι, ἐλθεῖν, ἥκειν, πρεσβεύειν, etc.), itemque ex voce πρέσβεις pendet περί, semper ad verbum dicendi, quod cogitatur, pertinet (nec enim dicitur nisi in iis, qui colloquendi causa de aliqua re veniunt, ut legati). Perperam igitur vulgo putant, περί in huiusmodi locutionibus vi causali consilium indicare (Bachm. p. 11), ut pro ἕνεκα dicatur: veluti, si quis ad alium venit, ut ei aliquid afferat, haudquaquam περὶ τοῦ ἐνεγκεῖν τι venire dici potest, sed ἕνεκα τοῦ ἐνεγκεῖν τι; illud autem nihil aliud significat, nisi „venit, ut colloquatur de aliqua re afferenda". Itaque, ut hoc utar, ἀφῖκται περὶ σπονδῶν breviter dicitur pro ἀφῖκται ἕνεκα τοῦ λόγους ποιεῖσθαι περὶ σπονδῶν.

E. 669 ἀφῖκται—περὶ σπονδῶν, de quo loco vide quae Bachmannus p. 11 disputavit. 671 νυνὶ περὶ σπονδῶν (i. e. ἀφῖκται);

P. 216 (εἰ) κἄλθοιεν—εἰρήνης πέρι.

Av. 1532 ἥξουσι πρέσβεις — περὶ διαλλαγῶν. 1577 ᾑρήμεσθα περὶ διαλλαγῶν πρέσβεις. 1588 πρεσβεύοντες—ἥκομεν—περὶ τοῦ πολέμου καταλλαγῆς, de quo loco operae pretium est videre quae Rumpelius Philolog. v. XXVIII p. 607 et Bachmannus Coni. p. 37 dixerunt. 1595 τούτων περὶ πάντων αὐτοκράτορες ἥκομεν.

L. 71 ἥκουσαν — περὶ τοιούτου πράγματος. 984 (Laconis verba) ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας περὶ τᾶν διαλλαγᾶν. 1009 περὶ διαλλαγῶν αὐτοκράτορας πρέσβεις ἀποπέμπειν. 1101 περὶ διαλλαγᾶν πρέσβεις (Laconis verba).

Praeterea huc pertinent

N. 1004 ἑλκόμενος περὶ πραγματίου „cum traheris in ius, ut verba facias de re levi".

Av. 113 σοὶ ξυγγενέσθαι βουλομένω.—τίνος πέρι;

II. Ea praepositionis vis, de qua egimus, interdum latius patet atque alqd *respectu* alicuius rei dici significat, ut περί c. gen., quovis genere verborum iunctum (a), vel articulo instructum (b), vel absolute in sententiae capite positum (c), Latine verti possit „quod attinet ad, de", Rossice „что касается до, относительно".

a) P. 768 ξυσπουδάζειν περὶ τῆς νίκης.

Av. 1631 δρᾶν ταῦτα τοῦ σκήπτρου πέρι „de reddendo sceptro".

R. 809 λῆρον—τἄλλ' ἡγεῖτο τοῦ γνῶναι πέρι φύσεις ποιητῶν, „quod attinet ad dinoscenda poetarum ingenia (vel in dinoscendis ingeniis), nihil nisi meras nugas eos esse censebat".

Ec. 672 περὶ τοῦ γὰρ τοῦτο ποιήσει; ubi περί ab ἕνεκα fere non differt.

b) L. 932 μή μ' ἐξαπατήσῃς τὰ περὶ τῶν διαλλαγῶν, ubi sine ullo sententiae detrimento articulus omitti potest. Cf. quae Schneiderus annotavit ad Isocr. 1, 13.

Ec. 815 οὐκ οἶσθ' ἐκεῖν' οὔδοξε, τὸ περὶ τῶν ἁλῶν;

c) Ec. 653 περὶ δ' ἱματίων τίς πόρος ἔσται; „quod ad vestes autem, quae ratio earum parandarum erit?"

III. Postremo loco ponam verba *pugnandi*, ubi duplex vis praepositionis est: aut enim eam rem significat, *de* qua, i. e. plerumque cuius adipiscendae causa pugnatur („о, изъ-за") (a), qui usus non differt ab eo, de quo modo egimus, aut eam rem, *pro* qua, i. e. cuius defendendae causa pugnatur („за") (b), ubi ὑπέρ usitatius est.

a) A. 25 ὠστιοῦνται— περὶ τοῦ πρώτου ξύλου „sese trudent, de primo subsellio certantes".

E. 339 περὶ τοῦ πρότερος εἰπεῖν — διαμαχοῦμαι, quem versum Meinekeus, duce Dindorfio, ut subditicium, in marginem reiecit.

N. 62 περὶ τοὐνόματος—ἐλοιδορούμεθα. 956 ἧς (=σοφίας) πέρι— ἔστιν ἀγὼν μέγιστος.

V. 191 περὶ τοῦ μαχεῖ νῷν δῆτα;—περὶ ὄνου σκιᾶς (cf. Fr. 192). 534 σοὶ μέγας ἐστὶν ἀγὼν καὶ περὶ τῶν ἁπάντων.

Av. 1639 περὶ γυναικὸς—πολεμήσομεν.

L. 1172 μηδὲν διαφέρου περὶ τοῖν σκελοῖν.

R. 793 περὶ τῆς τέχνης διαγωνιεῖσθαι.

Ec. 622 οὐχὶ μαχοῦνται.—περὶ τοῦ;—περὶ τοῦ ξυγκαταδαρθεῖν.

Pl. 524 κινδυνεύων περὶ τῆς ψυχῆς „capitis certamen iniens". 1076 περὶ ταύτης οὐ μαχοῦμαί σοι.

Fr. 192, 1—2 περὶ τοῦ γὰρ ὑμῖν ὁ πόλεμος νῦν ἐστι; περὶ ὄνου σκιᾶς.

Huc pertinet etiam verbum περιδόσθαι περί τινος „deposito pignore certare de alqa re".

A. 772 περίδου μοι περὶ θυμιτιδᾶν ἁλῶν, quae verba hominis Megarensis sunt.

E. 791 περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι.

b) E. 767 περὶ σοῦ μάχομαι „pro te pugno". 781 Μήδοισι διεξιφίσω περὶ τῆς χώρας. 1038 περὶ τοῦ δήμου—μαχεῖται.

V. 375 τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν, ubi schol. V: ἤγουν ἐκφυγεῖν σώσοντα τὴν ψυχήν. 593 περὶ τοῦ πλήθους—μαχεῖσθαι „pro populari statu". 667 μαχοῦμαι περὶ τοῦ πλήθους.

R. 191 νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν (sc. ναυμαχίαν), i. e. περὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἑαυτοῦ; ut ait schol. De quo loco Vogelreuterus (p. 50), coll. Bauck. De proverbiis etc. ap. Arist. Com. p. 25 sq., cum alia, tum haec disputavit: „Graecis, cum de summa rerum certaminis capitisque periculi mentionem faciebant, praeter illud τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν, hoc proverbium erat minus lepidum: ὁ λαγὼς τὸν περὶ τῶν κρεῶν τρέχει, de quo Zenob. 4, 85: ἐπὶ τῶν διακινδυνευόντων ταῖς ψυχαῖς καὶ πρὸς τοῦτο καρτερῶς ἀγωνιζομένων τασσομένη. Hoc proverbium Aristophanem in animo habuisse satis apparet".

B. Περί, c. acc. coniunctum,

I. *Locali* sensu duplici ratione usurpatur: aut illud significat, *circum* („вокругъ") quod aliquid movetur vel situm est vel fit (1), aut illud, *circa* („около") quod vel iuxta aliquid est vel fit (2). Quas notiones est ubi haud facile dinoscas.

1) Atque prioris generis exempla in duas partes dividam, ut ad alteram ea referantur, in quibus praepositio, a verbo *movendi* pendens, aliquid circum aliquem locum circumagi et promoveri indicat (a); ad alteram ea, in quibus praepositio, ex verbo *quiescendi* suspensa, aliquid circum aliquem locum versari vel fieri significat (b).

a) A. 96 περὶ ἄκραν κάμπτων „circum promuntorium flectens". 998 περὶ τὸ χωρίον ἐλᾷδας ἅπαν ἐν κύκλῳ (sc. ἐλάσαι).

L. 979 περὶ τὴν ψωλὴν περιβαίη, quod proprie significat „mentulam circumeat", i. e. ei insidat, ut vir equo.

Th. 796 περὶ τὰς κλίνας περινοστῶν.

b) N. 97 κἄστιν περὶ ἡμᾶς οὗτος (=ὁ οὐρανός).

V. 1034 et P. 757 ἐλιχμῶντο περὶ τὴν κεφαλήν „circumlambebant caput".

P. 175 (ἐμὲ) στρέφει τι πνεῦμα περὶ τὸν ὀμφαλόν (cf. Pl. 1131). 1006 περὶ ταύτας ἡμᾶς ἀθρόους—τυρβάζεσθαι „ut circum eas conferti luctemur".

Th. 999 κύκλῳ—περὶ σὲ κισσὸς—θάλλει.

Ec. 1110 μολυβδοχοήσαντας κύκλῳ περὶ τὰ σφυρά „plumbo malleolis circumfuso".

Pl. 538 βομβοῦσαι περὶ τὴν κεφαλήν. 750 ἦν περὶ αὐτὸν ὄχλος. 1131 ὀδύνη σε περὶ τὰ σπλάγχν' ἔοικ' ἔτι στρέφειν, quae est lectio codicis V. Ceteri Velseni libri πρὸς τὰ σπλ., quod mea quidem sententia ferri non potest; περί vero satis defenditur locis, a Blaydesio allatis, P. 175 et Antiphan. 3, p. 97. Ceterum praepositionis περί notionem hic aliquid differre putandum est ab ea, quae in ceteris exemplis Aristophaneis apparet: ibi enim aliquid fieri designatur circum aliquam rem, i. e. *extra* eam; tormina autem *in* ipsis visceribus *circumcirca* fiunt; qui usus praepositionis minime rarus est (cf. Thuc. 6, 2, 6 ᾤκουν Φοίνικες περὶ πᾶσαν τὴν Σικελίαν).—Sed unde, quaeso, illud πρός in codices irrepsit? Cuius confusio cum περί quoniam palaeographice explicari non possit (cf. Bast. p. 838), suspicor librarium e v. 1129 id errore huc transtulisse. Cf. quae de Ach. 68 p. 196 disputavimus.

Huc pertinent ii quoque loci, ubi de *veste* aliisque id genus rebus agitur, quae corpori eiusve parti circumdatae sunt.

A. 439 δός—τὸ πιλίδιον περὶ τὴν κεφαλὴν τὸ Μύσιον „da mihi pileolum Mysium, quem capiti circumdem". 1177 λαμπάδιον περὶ τὸ σφυρόν.

L. 531 κάλυμμα φορούσῃ περὶ τὴν κεφαλήν. 534 περίθου περὶ τὴν κεφαλὴν (τὸ κάλυμμα).

Pl. 939 ποῦ κάλλιον ἀνατεθήσεται (τὸ τριβώνιον) ἢ περὶ πονηρὸν ἄνδρα;

2) A. 97 ἄσκωμ' ἔχεις που περὶ τὸν ὀφθαλμὸν κάτω, ubi περί nihil opus est mutari in παρά, ut vult Blaydesius. 693 ἀπολέσαι πολιὸν ἄνδρα περὶ κλεψύδραν, ubi item sine causa παρά in περί mutandum coniecit Dobraeus (cf. Thuc. 1, 20, 2 τῷ Ἱππάρχῳ περιτυχόντες περὶ τὸ Λεωκόριον et 6, 57, 3 περιέτυχον τῷ Ἱππάρχῳ παρὰ τὸ Λεωκόριον).

E. 402 ὦ περὶ πάντ' ἐπὶ πᾶσί τε πράγμασι δωροδόκοισιν ἐπ' ἄνθεσιν ἵζων, de quo loco iam supra egimus p. 146.

N. 509 τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν (cf. P. 731 et L. 17). 761 μή—περὶ σαυτὸν εἶλλε τὴν γνώμην ἀεί.

V. 93 ὁ νοῦς πέτεται—περὶ τὴν κλεψύδραν.

P. 731 περὶ τὰς σκηνὰς—κυπτάζειν.

L. 17 περὶ τὸν ἄνδρ' ἐκύπτασεν.

Huc pertinent pauca exempla, ubi locutio praepositionalis articulo instructa est aut masculini generis (a), aut neutri (b).

a) V. 1302 παρῆν Ἵππυλλος, Ἀντιφῶν, Λύκων, Λυσίστρατος, Θούφραστος, οἱ περὶ Φρύνιχον, quae Brunckius male vertit: „Hippyllus,...Phrynichus": nam οἱ περί τινα Atticis valet: „aliquis et qui circa eum sunt". Itaque Hippyllus aliique soli venerunt, Phrynichus cum suis aderat. Cf. Hom. Il. 3, 146 sq. οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον — Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ „Priamus et Panthous cum suis et Ucalegon Antenorque". V. Kuehner. II, p. 230.

R. 1266 οἱ περὶ λίμναν, qui versus Aeschyli est.

b) Th. 246 τὰ περὶ τὴν τράμιν. 256 τὰ περὶ τὼ σκέλη.

Localis significatio inest etiam in

A. 1180 περὶ λίθον πεσών „in lapidem impingens". Sed recte mihi videtur Bekkerus Blaydesiusque Ravennatis scripturam probasse, dativum λίθῳ suppeditantis. Hoc enim satis defenditur cum ipsius Aristophanis loco P. 905 περὶ ταῖσι καμπαῖς πεπτωκότες, tum aliorum, ut Thuc. 1, 69, 4 τὸν βάρβαρον αὐτὸν περὶ αὑτῷ τὰ πλείω σφαλέντα, quod recte Poppo interpretatur: „propr. circa se tanquam scopulum, i. e. sua culpa". 6, 33, 6 κἂν περὶ σφίσιν αὐτοῖς τὰ πλείω πταίσωσιν. Soph. Ai. 828 πεπτῶτα τῷδε περὶ νεορράντῳ ξίφει. Eur. Phoen. 881 περὶ νεκροῖς πεπτωκότες. Suppl. 284 περὶ σοῖσι γούνασιν πίτνω. Adde Herod. 9, 101 μὴ περὶ Μαρδονίῳ πταίσῃ ἡ Ἑλλάς „ne in M. tanquam in scopulum impingeret".

II. Eadem significatione „circa" („около") περί de *tempore* quoque dicitur.

V. 31 ἔδοξέ μοι περὶ πρῶτον ὕπνον.

III. Saepius περί, *tralato* sensu usurpatum, indicat, qualem se quis *erga* alium praebeat, ut ἀγαθὸς περὶ τὴν πόλιν „bonus erga civitatem", σκαιουργεῖν περὶ τοὺς γονέας „malum se praebere adversus parentes".

A. 663 περὶ τὴν πόλιν—δειλὸς καὶ λακαταπύγων. 696 ἀγαθὸν περὶ τὴν πόλιν.

E. 764 περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένημαι βέλτιστος ἀνήρ. 812 πεποιηκότα—χρηστὰ—περὶ τὴν πόλιν. 831 μιαρώτατος ὢν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων. 878 περὶ τὸν δῆμον ἄνδρ' ἄριστον. 1208 ἀνὴρ ἀμείνων περὶ σὲ καὶ τὴν γαστέρα.

N. 994 περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας σκαιουργεῖν.

V. 1318 κωμῳδολοιχῶν περὶ τὸν εὖ πράττοντ' ἀεί.

Th. 306 δρῶσαν τὰ βέλτιστα περὶ τὸν δῆμον τὸν 'Αθηναίων καὶ τὸν τῶν γυναικῶν.

R. 458 εὐσεβῆ—διήγομεν τρόπον περὶ τοὺς ξένους καὶ τοὺς ἰδιώτας.

Pl. 568 περὶ τὸν δῆμον καὶ τὴν πόλιν εἰσὶ δίκαιοι.

IV. Eadem praepositio interdum ab Atticis ibi etiam dicitur, ubi solus genetivus usitatior est, ut in illo Platonis (Phaedr. 279 A) τοὺς περὶ Λυσίαν λόγους „Lysiae orationes". Huius usus unum exemplum apud Ar. quoque in barbaro Scythae sermone videor mihi invenisse:

Th. 1188 καλὴ τὸ σκῆμα περὶ τὸ πόστιον „pulchra est species huius mentulae".

C. Περί, c. dat. coniunctum,

quinque tantum locis invenitur, quorum unus (R. 329) in chori carmine, unus (E. 1039) in oraculo, heroo versu composito, unus (L. 1073) in anapaestis, reliqui duo (E. 27 et P. 905) in senariis leguntur. Hinc apparet, huius praepositionis usum, cum dativo coniunctae, apud poetas frequentissimum, in Atticorum sermone quotidiano angustis admodum finibus circumscriptum fuisse, cum plerumque eius vice περί, c. gen. aut acc. coniunctum, fungeretur. Apud Ar. igitur haec exempla inveniuntur:

E. 27 περὶ τῷ δέρματι δέδοικα τουτονὶ τὸν οἰωνόν. Cf. quae supra diximus p. 199.—1039 περὶ σκύμνοισι βεβηκώς, quae constructio ab Homero petita est. In soluta oratione talia genetivo, cum περί vel ὑπέρ coniuncto, exprimi solent.

P. 905 περὶ ταῖσι καμπαῖς — πεπτωκότες. Cf. quae supra p. 206 disputata sunt.

L. 1073 ὥσπερ χοιροκομεῖον περὶ τοῖς μηροῖσιν ἔχοντες, ubi multo usitatior esset accusativus. Vide locos, in quibus de veste agitur, quos p. 205 collegimus.

R. 329 περὶ κρατὶ σῷ βρύοντα στέφανον. Vide p. 205 et Eur. Cycl. 518 στεφάνων δ' οὐ μία χροιὰ περὶ σὸν κρᾶτα τάχ' ἐξομιλήσει.

ΥΠΟ.

De forma. Praepositio ὑπό, genetivo suo postposita, anastropha afficitur quattuor locis, qui omnes in senariis leguntur, quorum unus R. 1244 ex Euripide desumptus est, duo L. 1145. 1146 in Lysistratae oratione inveniuntur, sublimi genere dicendi utentis, quartus Ec. 4 (ubi tamen ὕπο Kusteri coniecturae debetur, libris ἄπο praebentibus) in parodia tragicae dictionis reperitur. Praeter formam ὑπό in codicibus ter repraesentatur poetica forma ὑπαί: in A. 970, omnibus libris consentientibus (ὑπαὶ πτερύγων κιχλᾶν καὶ κοψίχων), quo loco Ar., ut vel e forma κιχλᾶν patet, lyricum aliquod carmen imitatur (cf. schol. V: ὁ δὲ τρόπος ποιητικός. μιμεῖται δὲ τὸ μέλος). Idem praebet optimus codex Rav. et nonnulli deteriores in Av. 1426 (ὑπαὶ πτερύγων τί προσκαλεῖ σοφώτερον), ceteris usitatam formam exhibentibus. Utrum scripserit Ar., etsi pro certo affirmare non ausim, tamen ὑπαί mihi probabilius videtur: nam ex eodem carmine lyrico, atque in A. 970, hic quoque comicum puto deprompsisse ὑπαὶ πτερύγων, in quotidiano enim Atticorum sermone hanc locutionem fuisse parum probabile est. Tertius locus est V. 1487, ubi olim legebatur πλευρὰν λυγίσαντος ὑπαὶ ῥώμης, nunc ex optimis libris usitata forma recte restituta est; ὑπαί autem hic, ut alibi haud raro (v. Thes. v. VIII, p. 289), a librario videtur substitutum esse, nesciente, ρ litteram praecedentem vocalem per se producere (cf. Rzach. „Der Dial. des Hesiodos", p. 463).

De usu. Genetivo iunctum ὑπό 157 locis, accusativo 12, dativo 9 locis legimus.

A. Ὑπό, c. gen. coniunctum,

I. *Locali* sensu duplici ratione usurpatur: namque

1) Aliquid *sub* aliqua re esse significat („подъ"), quo intellectu Attici nisi in paucis quibusdam certisque locutionibus (ὑπὸ γῆς, ὑπὸ μάλης) genetivum praepositioni non facile adiunxisse videntur, dativum saepissime omnique generi verborum.

L. 985 δόρυ—ὑπὸ μάλης—ἔχων „sub axilla". Sed cum ὑπὸ μάλης interdum „clanculum" vel „occulte" valeat (cf. Dem. 29, 12), nescio an hic quoque haec significatio praeferenda sit (v. L. Dindorf. in Thes. v. V, p. 550).

Huc pertinere videtur etiam

Av. 1070 ἑρπετά τε καὶ δάκετα πάνθ' ὅσαπερ ἔστιν ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος ἐκ φοναῖς ὄλλυται, ubi cum mirum videatur, reptilia avicularum alis interfici dici, Meinekeus (Vind. p. 107) φάρυγος pro πτέρυγος scribendum esse suspicatur, Kockius mirum in modum ἐπ' ἐμᾶς πτ. scripsit, quod Germanice „im Bereich meines Flügels" interpretatur, coll. Soph. Ant. 787; Xen. Reip. Lac. 11, 2; Th. 5, 34, 1; locutione τὰ ἐπὶ Θρᾴκης. Sed in loco Xenophonteo et Sophocleo ἐπί c. gen. idem significat atque ἐν c. dat., quod in nostrum locum nullo modo cadere potest; in Thucydidis vero loco atque dictone τὰ ἐπὶ Θρᾴκης praepositionis notio („iuxta") multo magis etiam a nostro loco aliena est. Itaque Bachmanno (p. 117) consentio, dubitanti, possitne illud („im Bereich") significari praepositione ἐπί. Neque quidquam hac coniectura proficitur: nam idem fere vulgata lectio denotare potest, modo ὑπ' ἐμ. πτ. cum ἔστιν coniungas, ut censet Bachmannus, ut sensus sit: „quaecunque versantur *sub* alis meis", sc. quibus omnia supervolo terram despiciens. Quae Bachmanni sententia eo displicet, quod, si ita coniungas, haec reptilia, quae sub avium alis versantur, necesse est aliis opponantur, id quod a sententia loci discrepat. Coniungenda igitur ea verba cum ἐκ. φ. ὄλλ. Nec tamen Meinekei coniectura quidquam opus est, locumque ita vertendum puto (ut iam Piersonum ait Bachmannus vertisse): „serpentia et mordentia omnia, quaecunque sunt, *sub* ala mea necibus intereunt", quod idem est ac „sub me" vel „cum supra ea sto". Ridicule Vogelreuterus (p. 61) haec interpretatus est: „ala prosequente" vel „quando volo, quando volans capio": quasi avis volans possit reptile e terra capere!

2) Propria vis ὑπό, c. gen. coniuncti, ea est, cum id, quod sub aliqua re versetur, inde moveri indicat, quo sensu Latini serioris aetatis voce „desub" utuntur („изъ-подъ"). Cf. Xen. An. 6, 2, 22 et 25.

V. 206 ὑποδυόμενος—ὑπὸ τῶν κεραμίδων, quem locum pessime vulgo interpretantur: „qui tegulas subiit"; nam hoc significatu, sub aliquid movendi, ὑπό c. gen. cum omnino rarissime legitur * (v. Pas-

* Fortasse in una locutione ὑπὸ χθονός «sub terram», quod praeter Hes. Theog. 717, qui locus a Passovio (II, 2, p. 2112 a) et G. Dindorfio (Thes. v. VIII, p. 285) affertur, inveni etiam apud Simonid. Amorg. 1, 12 Bergk.): nam in aliis exemplis, a Papeo (II, p. 1207 sq.) allatis, sine dubio ὑπό c. gen. «sub alqa re» valet.

sovii lex. II, 2, p. 2112 a), tum Atticis nescio an prorsus inauditum fuerit (solent enim hoc sensu ὑπό cum acc. coniungere). Quid multa? vertendum esse existimo: „qui desub tegulis prorepit" „выползающій изъ-подъ крыши". Quae explanatio unice sententia loci commendatur. Nam si Philocleo „tectum subiit", in aedibus manens, quomodo a Bdelycleone servisque, qui foris versabantur, conspici potuit? Sin Philocleonem „desub tegulis prorepere" statuerimus, omnia plana erunt: Ph., maiore corporis parte in aedibus manens, caput manusque inde inter tectum et parietem protendit; sed a filio servisque conspectus, intro retruditur. At, dixerit quispiam, ὑποδύεσθαι „subire", h. e. „sub aliquid ire" significat, non „alicunde exire". Non ita res se habet, atque ὑποδύεσθαι valet et δύεσθαι ὑπό τι, et δ. ὑπό τινος. Cf. Hom. Od. 6, 127 θάμνων ὑπεδύσετο „вышелъ изъ-подъ кустовъ".

II. *Tralato* sensu ὑπό c. gen.

1) De ea re dicitur, qua comitante aliquis aliquid facit.

A. 1001 πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος „tuba accinente".

Similiter ὑπαὶ πτερύγων dicitur in

A. 970 εἴσειμ' ὑπαὶ πτερύγων κιχλᾶν καὶ κοψίχων, quod idem valere ac μετὰ πτ. auctor est scholiasta; significare igitur videtur „coopertus alis", ut ait Muellerus, vel potius simpliciter „cum alis, alis instructus", ut patet ex

Av. 1426 ὑπὸ πτερύγων τί προσκαλεῖ σοφώτερον, ubi item ὑπό schol. μετά esse interpretatur.

2) Iam commemoremus usum notissimum praepositionis, ex quo *auctorem* agendi apud verba passiva designat. Quo in genere plerumque de animantibus dicitur (a), rarius de rebus et abstractis, quae tum pro animantibus haberi videntur (b).

A. 114 ἐξαπατώμεθ' ὑπὸ τῶν πρέσβεων. 164 ὑπὸ τῶν 'Οδομάντων τὰ σκόροδα πορθούμενος. 217 ὑπ' ἐμοῦ—διωκόμενος. 630 διαβαλλόμενος—ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. 678 γηροβοσκούμεσθ' ὑφ' ὑμῶν. 680 ὑπὸ νεανίσκων—διωκόμεθα. 700 ὑπ' ἀνδρῶν—διωκόμεθα. 707 ὑπ' ἀνδρὸς—κυκώμενον. 824 φαντάδδομαι.—ὑπὸ τοῦ;

E. 57 ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην. 70 πατούμενοι—ὑπὸ τοῦ γέροντος. 257 ὑπ' ἀνδρῶν τύπτομαι ξυνωμοτῶν. 273 ὑφ' οἵων θηρίων γαστρίζομαι. 352 ὑπὸ σοῦ μονωτάτου κατεγλωττισμένην. 731 τύπτομαι ὑπὸ τουτουὶ καὶ τῶν νεανίσκων. 1103 ἐξηπατήθην ὑπό τε σοῦ καὶ Θουφά-

νους. 1169 μυστίλας μεμυστιλημένας ὑπὸ τῆς θεοῦ. 1280 ὑφ' οὗ 'δέησέ μ' ἡττᾶσθαι μόνου. 1308 ὑπὸ τερηδόνων σαπεῖσα.

N. 170 γνώμην μεγάλην ἀφηρέθη ὑπ' ἀσκαλαβώτου. 213 ὑπὸ— ἡμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους. 240 ὑπὸ—τόκων χρήστων τε δυσκολωτάτων ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι, quo loco res cum persona coniuncta est, etsi praedicatum ad personam solam referri sensus communis iubet. 524 ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν ἡττηθείς. 624 ὑφ' ἡμῶν τῶν θεῶν τὸν στέφανον ἀφῃρέθη. 640 ὑπ' ἀλφιταμοιβοῦ παρεκόπην διχοινίκῳ. 725 ὑπὸ τῶν κόρεων εἴ μού τι περιλειφθήσεται. 947 κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν ὑπὸ τῶν γνωμῶν ἀπολεῖται. Ad h. l. Meinekeus (Vind. p. 76) haec annotavit: „Alterum ὑπό mihi contra usum additum esse videbatur, scribendumque esse suspicabar aut τῶν γνωμιδίων ἀπολεῖται aut τῶν γνωμῶν ἐξαπολεῖται. Sed video nunc servari posse editam scripturam, modo recte verba coniungantur, ὑπὸ τῶν γνωμῶν ἀπολεῖται, ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν κεντούμενος". In his quidem vehementer erravit vir doctissimus. Nam sic verba coniungi non posse, sed ὑπὸ τῶν γν. quoque ad κεντούμενος pertinere, quivis concedet, si totum locum perlegerit (τὸ πρόσωπον ἅπαν καὶ τὠφθαλμὼ κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν ὑπὸ τῶν γνωμῶν ἀπολεῖται): mitto enim, quod ὥσπερ tum alio loco ponendum erat, sed quae haec sententia est: „a sententiis meis peribit, quasi tota facies eius oculique a crabronibus compungantur"? Coniungendum igitur: κεντούμενος ὑπὸ τῶν γνωμῶν, ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν. Neque tamen ulla coniectura opus est. Nam quamvis frequenter in talibus altera praepositio omittatur, tamen est ubi iteretur: v. Kr. I, 68, 8. Kuehn. II, § 451, 6. Wohlrab. ann. ad Plat. Phaedon. 67 D. Aliter Cobetus V. L. p. 163 sq.— 997 μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου. 1341 τὸν πατέρα τύπτεσθαι—ὑπὸ τῶν υἱέων.

V. 319 τηροῦμαι—ὑπὸ τῶνδε. 439 ὑπ' ἀνδρῶν βαρβάρων χειρούμενον. 517 καταγελώμενος—ὑπ' ἀνδρῶν. 699 ὑπὸ τῶν ἀεὶ δημιζόντων—ἐγκεκύκλησαι.

P. 380 ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι. 449 ληφθεὶς ὑπὸ λῃστῶν.

Av. 285 ὑπὸ—συκοφαντῶν τίλλεται. 338 διαφορηθῆναι—ὑφ' ἡμῶν. 355 ἵν' ὑπὸ τούτων διαφορηθῶ. 1086 συλληφθέντες ὑπὸ τῶν ὀρνέων. 1299 ὑπ' ὀρτυγοκόπου—πεπληγμένῳ. 1383 ὑπὸ σοῦ πτερωθείς. 1492 πληγεὶς ὑπ' αὐτοῦ.

L. 26 ἀλλ' ἔστιν ὑπ' ἐμοῦ πρᾶγμ' ἀνεζητημένον. 325 πρὶν ἐμπεπρῆσθαι Καλύκην τε καὶ Κρίτυλλαν—ὑπό τε νόμων ἀργαλέων ὑπό τε γερόντων ὀλέθρων. 423 ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀποκέκλῃμαι ταῖς πύλαις. 655 ὑφ' ὑμῶν διαλυθῆναι. 730 ὑπὸ τῶν σέων κατακαπτόμενα. 871 ὑπ' ἐμοῦ φιλεῖσθαι. 897 τῆς κρόκης φορουμένης ὑπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων. 1008 τουτὶ τὸ πρᾶγμα—ξυνομιώμοται ὑπὸ τῶν γυναικῶν.

Th. 386 προπηλακιζομένας—ὑπὸ Εὐριπίδου. 491 ὑπὸ τῶν δούλων τε κὠρεωκόμων σποδούμεθα.

R. 29 ὑφ' ἑτέρου φέρει. 921 ἐφενακιζόμην ὑπ' αὐτοῦ.

Ec. 1055 ἑλκόμενον ὑπὸ τῆσδε.

Fr. 10, 5 λαμβανόμεσθ' ὑπ' αὐτῶν.

b) Ubi *inanimis* adiungitur praepositio, hoc dicendi genus non multum videtur a simplici dativo differre: hoc enim iustrumentum designat, illud logicum subiectum est atque aliquid agere dicitur instar hominis arbitrio agentis. Eadem conditione Latini quoque rebus *a* praepositionem iungere solent (V. Hand. Turs. I, p. 27). In quo liceat mihi hoc uti exemplo. In Av. 1447 dicitur: ὑπὸ λόγων ὁ νοῦς τε μετεωρίζεται ἐπαίρεταί θ' ἄνθρωπος: active haec ita dicenda erunt: λόγοι τὸν νοῦν τε μετεωρίζουσι ἐπαίρουσί τε τὸν ἄνθρωπον. Quod autem ibidem in versu 1438 dictum est: πάντες τοῖς λόγοις ἀναπτεροῦνται, huius sententiae activa forma erit: πάντας τοῖς λόγοις ἀναπτεροῦσι (cf. 1437 νῦν τοι λέγων πτερῶ σε.—καὶ πῶς ἂν λόγοις ἄνδρα πτερώσειας σύ;). Quod luculentissime apparet in iis locis, ubi aut res cum personis coniunctae sunt, ut in N. 240. 948. L. 324, quos locos supra attuli, aut res inanima παρ' ὑπόνοιαν pro animali est, ut in N. 13. Pl. 1083 (α), aut denique res pro eo, qui eam possidet, poetice dicta est, ut in A. 1193. Av. 456 (β).

α) N. 13 δακνόμενος ὑπὸ τῆς δαπάνης καὶ τῆς φάτνης καὶ τῶν χρεῶν, ubi schol. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ κόρεων.

Pl. 1083 διεσπλεκωμένῃ ὑπὸ μυρίων ἐτῶν γε καὶ τρισχιλίων, ubi ἐτῶν per iocum dictum est pro ἀνδρῶν „a tredecim millibus annorum (pro amatorum) subagitatae". V. Hemsterhusii ann. Quare non debuit Mein. (Vind. 222) locum lepidissimum inepta coniectura sollicitare. „Dubitari non potest, inquit, quin scribendum sit ἀπό, sensu simplicissimo et unice huic loco accommodato, *inde a longissimo tempore subagitata*". Censere igitur videtur, ἀπὸ μυρίων ἐτῶν κ. τρ. spatium significare, quod inter id tempus, quo mulier subagitata

sit, et illud, quo adulescens loquatur, interiectum sit, sensu „abhinc tredecim milia annorum“; quae vis vereor ne omnino ab ἀπό praepositione aliena sit, de quo dixi p. 96. Nec melius Dindorfius, Meinekeo probatus, rem gessit, qui pro ἐτῶν γε καί scripsit ἐτῶν τε καί. Nam mitto, quod tum τέ potius voci μυρίων adiungendum erat: sed aptissime ἐτῶν particula γέ addita auctum est, quia in hanc vocem pondus orationis incumbit. Adulescens enim haec dicit: „nolim loqui cum ea, quae a tredecim millibus annorum quidem (i. e. si non amatorum, at certe annorum) subagitata est“.

β) A. 1193 δορὸς ὑπὸ πολεμίου τυπείς, quod pro ipso hoste dictum est.

Av. 456 παραλειπομένην ὑπ' ἐμῆς φρενὸς ἀξυνέτου „praetermissam ab imprudenti mente mea“, i. e. „a me imprudenti“.

Ec. 4 τροχῷ—ἐλαθεὶς κεραμικῆς ῥύμης ὕπο, quod recte videtur Velsenus de Kusteri coniectura pro ἄπο librorum scripsisse: nec enim multum differt haec locutio ab ὑπὸ κεραμέως. Cf. N. 407 ὑπὸ—τῆς ῥύμης αὐτὸς ἑαυτὸν κατακάων. V. 1487 πλευρὰν λυγίσαντος ὑπὸ ῥύμης.

γ) Reliqua exempla:

A. 18 ἐδήχθην ὑπὸ κονίας τὰς ὀφρῦς. 925 σελαγοῖντ' ἂν ὑπὸ τίφης τε καὶ θρυαλλίδος „incendantur a blatta et ellychnio“.

Av. 1447 ὑπὸ—λόγων ὁ νοῦς τε μετεωρίζεται ἐπαίρεταί θ' ἄνθρωπος.

R. 1214 πεπλήγμεθ'—ὑπὸ τῆς ληκύθου. 1244 λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο (Euripidis versus est) „ab ipsa Veritate dicitur“.

3) Similiter auctorem agendi significat ὑπό, cum genetivo animantis (a), rarius rei inanimae vel abstracti (b) coniunctum, cum ex verbis neutris, sed passiva notione praeditis suspenditur, qualia sunt ἀκούειν, ἀπόλλυσθαι, πάσχειν alia.

a) ἀκούειν: E. 820 ταυτὶ—ἀκούειν—μ' ὑπὸ τούτου.

N. 528 ὑπ' ἀνδρῶν—ἄριστ' ἠκουσάτην.

Th. 1162 ἀκοῦσαι μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ κακόν.

ἀπόλλυσθαι: E. 139 τὸν προβατοπώλην ἦν ἄρ' ἀπολέσθαι χρεὼν ὑπὸ βυρσοπώλου;

L. 760 ὑπὸ τῶν γλαυκῶν—ἀπόλλυμαι ταῖς ἀγρυπνίαισι κακκαβαζουσῶν ἀεί, de quo l. cf. Mein. Vind. p. 129. Bernhardi. p. 263.

Ec. 1079 ἦν—ὑφ' ὑμῶν—ἀπόλωμαι.

πάσχειν: A. 168 ταυτὶ—πάσχοντα—ὑπ' ἀνδρῶν βαρβάρων. 377 ὑπὸ Κλέωνος ἄπαθον.

L. 1041 οὔτε δράσω φλαῦρον οὐδέν, οὔθ' ὑφ' ὑμῶν πείσομαι. 1145 ταυτὶ παθόντες τῶν Ἀθηναίων ὕπο.

Ec. 1106 ἐάν τι—πάθω ὑπὸ τοῖνδε τοῖν κασαλβάδοιν.

Pl. 1029 εὖ παθόντα ὑπ' ἐμοῦ.

Huc referendus est locus, ab Aeschylo petitus,

Av. 808 τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς, quod schol. interpretatur: καὶ ἡμεῖς οὖν, φησὶν, οὐχ ὑπ' ἄλλων πάσχομεν ταῦτα, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν γνώμῃ.

Reliqua exempla:

E. 630 ἡ βουλὴ—ἐγένεθ' ὑπ' αὐτοῦ ψευδατραφάξυος πλέα „senatus ab eo mendaciis oppletus est". 1163 εὐδαιμονήσω—ὑπὸ τῶν ἐραστῶν == „amatores beatum me reddent".

Th. 543 τιλλομένην με δεῖ δοῦναι δίκην ὑφ' ὑμῶν „puniri a vobis".

b) ὄλλυσθαι (ἀπ—, ἐξ—): P. 483 ὑπὸ τοῦ — λιμοῦ — ἐξολωλότες.

Pl. 1174 ἀπόλωλ' ὑπὸ λιμοῦ.

πάσχειν: L. 1146 δῃοῦτε χώραν, ἧς ὕπ' εὖ πεπόνθατε, ubi χώρα pro incolis dictum est.

4) Tum vero ὑπό *causam* proximam („непосредственная причина") significat. Hic duo potissimum genera discernimus: aut adventiciam („внѣшняя") ab animoque hominis alienam (a) causam designat praepositio, aut insitam („внутренняя") in animoque haerentem (b).

a) In causa *adventicia* item duo genera discernenda sunt: causa efficiens („производящая") (aa) et causa impediens („препятствующая") (bb).

aa) Effici autem aliqua re potest aut status aliquis conditiove corporis (α), aut actio (β). Nec praetereundum est, causam efficientem apud Ar. semper abstracta notione exprimi; impedientem autem causam et personam et rem et abstractum esse posse. Cum de statu corporis agitur, aliqua re effecto, hoc genus dicendi aptissime cohaeret cum eo, de quo modo disputavimus: nam haec verba, statum corporis significantia, aliquid passivae notionis omnia habent, ut κοπιᾶν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν (Av. 785) est „bonis defatigatum esse". Cum autem de actione dicitur, aliqua re effecta, semper cogitatione suppleri potest passiva notio, ex qua ὑπό c. gen. pendeat, veluti „coactus", ut ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντ' ἂν ἤσθιεν (Pl. 1005) proprie valet: „paupertate coactus omnia comedebat".

α) Av. 104 (τὰ πτερὰ ἐξερρύηκεν) ὑπὸ νόσου „morbo factum est, ut pennae defluerent". 735 κοπιᾶν—ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν.

L. 988 βουβωνιᾷς ὑπὸ τῆς ὁδοῦ; cf. R. 1280.

R. 940 οἰδοῦσαν ὑπὸ κομπασμάτων καὶ ῥημάτων ἐπαχθῶν. 1280 ὑπὸ τῶν κόπων—τὼ νεφρὼ βουβωνιῶ.

β) A. 615 οἷς ὑπ' ἐράνου τε καὶ χρεῶν πρῴην ποτέ, ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας, ἅπαντες „ἐξίστω" παρῄνουν οἱ φίλοι, ubi vulgo ante Bentleium legebatur ὑπέρ, quod cum propter significationem (de quo v. Reisig. Coni. p. 24) ab hoc loco abhorret, tum propter dipodiam, ex dactylo et anapaesto compositam, ferri non potest. Bentlei emendatio confirmatur etiam scholiastae interpretatione, quam liceat mihi afferre: εἰώθεσαν, εἴ ποτε ἐκχέοιτο ἀπόνιπτρον ἀπὸ τῶν θυρίδων, ἵνα μή τις βραχῇ τῶν παριόντων, ἐξίστω λέγειν.—ὅτι αὐτοῖς οἱ φίλοι χθὲς καὶ πρῴην συνεβούλευον καταχρέοις οὖσιν ὑπό τε ἐράνων καὶ ὀφλημάτων ἐξίστασθαι τῆς οὐσίας, ὡς μὴ δυναμένοις ἀποδοῦναι. Ceterum ὑπ' ἐρ. τε κ. χρ. breviter dictum est pro ὑπὸ τοῦ μὴ ἔρανόν τε φέρειν καὶ χρέα ἀποδιδόναι „propter stipem non collatam et aes alienum non solutam", eaque verba cum ἐξίστω coniungenda sunt („abscede coactus" etc.).—689 ὑπὸ γήρως μασταρύζει.

E. 804 (ἵνα) ὑπ' ἀνάγκης ἅμα καὶ μισθοῦ—κεχήνῃ „necessitate et inopia et stipendii cupiditate ductus".

N. 164 τὸν πρωκτὸν ἠχεῖν ὑπὸ βίας τοῦ πνεύματος. 405 ὑπ' ἀνάγκης ῥήξας αὐτάς. 407 ὑπὸ τοῦ ῥοίβδου καὶ τῆς ῥύμης αὐτὸς ἑαυτὸν κατακάων.

V. 1487 πλευρὰν λυγίσαντος ὑπὸ ῥύμης, ut coniecit Lobeckius pro ῥώμης codicum.

L. 270 ἐμπρήσωμεν—πάσας ὑπὸ ψήφου μιᾶς, ubi Meinekeus, scholio, ut videtur, usus (ἀπὸ μιᾶς γνώμης καὶ κρίσεως) dubitanter ἀπὸ ψ. μ. proposuit, quod satis probabile est: nam ὑπό, ut Reisigii verbis utar (Coni. p. 24), „causam indicat, quae necessitatem quandam effectus habet", quod ab hoc loco alienum est. Ἀπό autem analogia confirmatur multorum locorum, ut Th. 3, 92, 1 Ἡράκλειαν—ἀποικίαν καθίσταντο ἀπὸ τοιᾶσδε γνώμης. 4, 68, 3 ξυνέπεσε—τὸν τῶν Ἀθηναίων κήρυκα ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης κηρῦξαι etc. Quam saepe autem ὑπό et ἀπό, quippe quae simili compendio significentur, in codicibus confundantur, docet Bastius p. 794.

R. 349 ἀποσείονται—λύπας—ἱερᾶς ὑπὸ τιμᾶς „propter sanctum munus suum“.

Pl. 1005 ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντ' ἂν ἤσθιεν.

Fr. 618 ὑπὸ τοῦ γέλωτος εἰς Γέλαν ἀφίξομαι.

bb) Causa impediens rem significat, qua aliquid quominus fiat impediri dicitur, id quod Latine „prae“ particula designatur.

E. 803 (ἵνα) ὁ—δῆμος ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὁμίχλης—μὴ καθορᾷ.

N. 855 ἐπελανθανόμην ἂν—ὑπὸ πλήθους ἐτῶν.

V. 1084 ὑπὸ—τῶν τοξευμάτων οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν οὐρανόν. Cf. Cic. Tusc. d. 1, 42, 101 solem prae iaculorum multitudine et sagittarum non videbitis.

Av. 296 οὐδ' ἰδεῖν—ἔσθ' ὑπ' αὐτῶν πετομένων τὴν εἴσοδον. 1129 Προξενίδης—καὶ Θεογένης—δύ' ἅρματε—ὑπὸ τοῦ πλάτους ἂν παρελασαίτην „Prox. et Th. latitudine sinantur vel non impediantur agitare currus“.

L. 3. οὐδ' ἂν διελθεῖν ἦν ἂν ὑπὸ τῶν τυμπάνων. 328 ἐμπλησαμένη τὴν ὑδρίαν μόλις—ὑπ' ὄχλου καὶ θορύβου καὶ πατάγου χυτρείου.

Pl. 538 φθειρῶν—ἀριθμὸν—οὐδὲ λέγω σοι ὑπὸ τοῦ πλήθους.

b) Ut in causa adventicia, ita in causa *insita* duo discerno genera: causam efficientem (aa) et causam impedientem (bb); quarum illam rursus in duas partes divido, ita ut altera corporis statum aliquem conditionemque (α) aliquo animi affectu fieri significetur, altera actionem (β). Ceterum causam insitam nisi abstractis nominibus aut infinitivis exprimi non posse per se intellegitur: nam ea causa in animo sita esse fingitur, cuius generis est timor, gaudium, ira alii affectus.

aa. α) E. 719 ὑπό γε δεξιότητος τῆς ἐμῆς δύναμαι ποιεῖν τὸν δῆμον εὐρὺν καὶ στενόν, ubi verba ὑπὸ δεξ. ad δύναμαι solum referenda puto, ut sit: „per sollertiam mihi licet“ vel „sollertia mea facultas mihi data est“.

Pl. 1034 ὑπὸ τοῦ—ἄλγους κατατέτηκα „maerore contabui“, i. e. „maerore factum est, ut tabe absumar“.

β) ὑπὸ τοῦ δέους „timore perterritus“: A. 350 ὑπὸ τ. δ. — ἐνετίλησεν. 581 ὑπὸ τ. δ.—τῶν ὅπλων εἰλιγγιῶ. (Cf. infra bb. E. 231).

P. 933 (ἵνα) ὑπὸ τ. δ. λέγωσι.

Av. 87 χὠ κολοιός μοἴχεται ὑπὸ τ. δ.

Ec. 1062 αὐτοῦ τι δρῶντα πυρρὸν—ὑπὸ τ. δ.

Pl. 693 ὑπὸ τ. ἡ. βδέουσα.

ὑ φ' ἡ δ ο ν ῆ ς „laetitia elatus": P. 324 ὑφ' ἡδ. — τὼ σκέλη χορεύετον.

Pl. 289 βούλομαι χορεῦσαι ὑφ' ἡδ. 739 τὼ χεῖρ' ἀνεκρότησ' ὑφ' ἡδ.

ὑ π ὸ τ ῆ ς ἡ δ ο ν ῆ ς: A. 1284 πάντα—ὑπὸ τ. ἡδ. ποιοῦσιν.

Pl. 753 ἐδεξιοῦνθ'—ὑπὸ τ. ἡδ.

ὑ π' ὀ ρ γ ῆ ς „ira incensus": V. 1083 ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων.

P. 613 πίθος πληγεὶς ὑπ' ὀ. ἀντελάκτισεν πίθῳ.

L. 1023 ὑπ' ὀ.—ἀπέδυν. (Cf. infra bb. ὑπὸ τῆς ὀ. L. 505).

R. 855 κεφαλαίῳ τὸν κρόταφόν σου ῥήματι θενὼν ὑπ' ὀ.

Reliqua exempla:

E. 515 ὑπ' ἀνοίας τοῦτο πεπονθώς „hoc faciens amentia adductus".

V. 106 ὑπὸ δυσκολίας—ἅπασι τιμῶν τὴν μακράν.

P. 25 ὑπὸ φρονήματος βρενθύεται. 415 τοῦ κύκλου παρέτρωγον ὑφ' ἁμαρτωλίας. Ita nunc legitur e coniectura Bentlei, cum libri ἁρματωλίας praebeant, ubi schol. annotat, poetam, cum dicere deberet ὑπὸ ἁμαρτίας, ἀντὶ τοῦ ἁμαρτάνοντες, dixisse ὑφ' ἁρματωλίας, ἀντὶ τοῦ φειδόμενοι τῶν ἁρμάτων αὐτῶν, aut τῆς τῶν ἁρμάτων ἡνιοχείας. Sed librorum lectio multis ex partibus vitiosa est. Ac primum quidem, ut recte Blaydesius annotavit, quomodo ἁρματωλία significare possit φειδωλία τῶν ἁρμάτων, non liquet; deinde hoc a sententia loci mihi alienum videtur: accusat enim Mercurius Solem Lunamque dies imminuisse et orbem arrosisse non parsimonia, sed dolo malo. Denique eiusmodi anapaesti post primam syllabam incisio in quarto trimetri pede ferri non potest, nisi ubi vocabula duo aut plura arcte cohaerent atque ante tertiam versus arsim gravius expressa caesura locum habet (v. Engeri praef. ad Lys. p. XVIII—XXV. Bernhardii p. 255 et 285). Hermannum, qui librorum lectionem eo defendere conatus est, quod histrionem quasi lingua aberrantem poetae iussu ὑφ' ἅρμα syllabas per tribrachum (tamquam si ἁμαρτωλίας diceret) pronuntiasse censeret, hanc igitur Hermanni sententiam recte refutat Bernhardius p. 255: „nam aut ἁμαρτωλίας, inquit, histrioni dicendum fuit, ut prima corriperetur, aut ἁρματ., eadem ut produceretur; mediam vero inter utramque atque ambiguam pronuntiandi rationem probatam esse alienum est a constantia in metiendis syllabis, usquequaque a Graecis observata". At si ἁμαρτωλίας cum Bentleio reposueris, omnia recte se

habebunt. Nam ἁμαρτωλία, ut ab ἁμαρτωλός ductum, quod Hesychius explicat per πανοῦργον, μοχθηρόν, αἱμύλον, significare posse „fraudulentiam“, recte vidit Blaydesius. Praeterea haec Bentlei coniectura non mediociter confirmatur verbis Antiatticistae, hanc vocem ex Aristophanis Pace et Eupolidis Marica afferentis.

Av. 475 τὴν δ' ἀποροῦσαν ὑπ' ἀμηχανίας τὸν πατέρ' αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι „propter consilii inopiam“. 577 ἦν—ἡμᾶς—ὑπ' ἀγνοίας εἶναι νομίσωσι τὸ μηδέν. 1300 ᾖδον—ὑπὸ φιλορνιθίας μέλη.

L. 508 ἠνεσχόμεθ' ὑμῶν ὑπὸ σωφροσύνης τῆς ἡμετέρας τῶν ἀνδρῶν ἅττ' ἐποιεῖτε. 814 ὤχεθ' ὑπὸ μίσους. (Cf. infra bb. L. 792).

R. 816 μανίας ὑπὸ δεινῆς ὄμματα στροβήσεται. 919 ὑπ' ἀλαζονείας (ἔδρασε).

Pl. 307 γρυλίζοντες ὑπὸ φιληδίας. 311 λαβόντες ὑπὸ φιληδίας. 818 ἀποψώμεσθα—σκοροδίοις ὑπὸ τρυφῆς „propter mollitiem“.

Ὑπό, additum infinitivo, cum articulo coniuncto, his locis reperimus:

V. 94 ὑπὸ τοῦ — τὴν ψῆφον φέρειν εἰωθέναι τοὺς τρεῖς ξυνέχων τῶν δακτύλων ἀνίσταται. 1045 ἃς (= διανοίας) ὑπὸ τοῦ μὴ γνῶναι καθαρῶς ὑμεῖς ἐποιήσατ' ἀναλδεῖς.

bb) E. 231 ὑπὸ τοῦ δέους—αὐτὸν οὐδεὶς ἤθελεν τῶν σκευοποιῶν εἰκάσαι „prae metu“.

N. 835 ὧν ὑπὸ τῆς φειδωλίας ἀπεκείρατ' οὐδεὶς πώποτε.

L. 505 χαλεπὸν—ὑπὸ τῆς ὀργῆς αὐτὰς (=τὰς χεῖρας) ἴσχειν. 792 κοὐκέτι κατῆλθε—ὑπὸ μίσους.

R. 1088 λαμπάδα—οὐδεὶς οἷός τε φέρειν ὑπ' ἀγυμνασίας.

5) Restat unus locus

Th. 1030 οὐ χοροῖσιν οὐδ' ἡλίκων ὑπὸ νεανίδων — ἕστηκα, ubi vulgo ὑπό idem, quod μετά, significare putant; quod quomodo fieri possit, vehementer dubito (nam is usus, de quo supra p. 210 egimus, longe alius est) Velsenoque assentior, censenti, verbum aliquod (velut προπεμφθεῖσα) excidisse.

III. Praeterea ὑπό c. gen. duobus locis Thesmophoriazusarum in codicibus quidem exstat, sed a Velseno aliisque deletum est.

Th. 281 καομένων τῶν λαμπάδων ὅσον τὸ χρῆμ' ἀνέρχεθ' ὑπὸ τῆς λιγνύος, quod Reiskeus in ἀνέρχεται τῆς λ. mutavit, idque Velsenus in exemplum recepit. Quae coniectura vereor ne sit vana. Sensum quidem satis bonum eam praebere concedo: sed quo iure eiciamus praepositionem, cum praesertim, neque qua de causa inserta sit, ullo

pacto explicari possit, neque vulgata lectio sensu careat? Quomodo autem tradita scriptura explananda sit, viri docti inter se non consentiunt. Alii enim (ut Holdenus, Bachmannus p. 118) Engerum secuti, interpretantur: „Vide, ardentibus taedis quanta multitudo in templum ascendat sub earum fumo, vel ardentium taedarum sub fumo"; sic P. 1192 ὅσον τὸ χρῆμ' ἐπὶ δεῖπνον ἦλθ' εἰς τοὺς γάμους. Sed possis etiam Fritzschei explicationem adoptare, mutatis quae mutanda sunt. Is enim, verba ὑπὸ τῆς λ. a passivo καομένων suspensa esse ratus, vertit locum: „Vide, quanta res in templum ascendat taedarum, quas fumans ignis comburit"; addit, recte dici taedas multas in aedem sacram ascendere pro eis, quae facem gestarent. Cui Engerus opponit, τῶν λαμπ. ὑπὸ τῆς λ. καομ. non significare „taedarum, quas fumans ignis comburit", sed „taedarum fumo combustarum" (quod quidem ipse erravit: nam καόμενος est „qui comburitur", non „combustus"). Et recte quidem: nam λιγνύς est non „fumans ignis", sed τὸ καπνῶδες τοῦ πυρός vel λαμπρὸς καπνός, ut veteres definiunt (Thes. v. V, p. 280). Sed quidni locum nostrum ita interpretemur: „vide, quanta res ardentium taedarum in templum ascendat sub fumo", sive mavis „cum fumo", ut ὑπό sensu comitandi accipiamus, de quo supra diximus p. 210? Cf. Xen. Reip. Lac. 5, 7 ὑπὸ φανοῦ πορεύσθαι. Eur. Ion. 1474 οὐχ ὑπὸ λαμπάδων οὐδὲ χορευμάτων ὑμέναιος ἐμός, aliaque id genus. Sed fateor, hic mihi unum scrupulum restare: nam Aristophanes, ubicunque hoc genere dicendi utitur, genetivum verbo χρῆμα postponere solet: A. 150. E. 1219. N. 1. V. 933. Av. 826. L. 83. 1031. 1085. R. 1278. Ec. 394. Pl. 894. Fr. 67. Aliique ita plerumque.

Th. 493 ὅταν μάλισθ' ὑπό του κινώμεθα τὴν νύχθ'. Haec est codicum Aristophaneorum scriptura; apud Suidam autem hic locus ita affertur: ληκώμεθα· κινώμεθα. Ἀριστοφάνης, Μάλισθ' ὅταν ἀπό του ληκώμεθα τὴν νύχθ' ὅλην. Hinc Velsenus lectionem suam deprompsit: ὅταν μάλισθ' ὅλην ληκώμεθα τὴν νύχθ'. Quod cur fecerit, non assequor: nam verba ὑπό του, etsi non sunt necessaria atque sine ullo sensus detrimento omitti possunt, tamen et in codicibus et apud Suidam (ἀπό του) repraesentantur; potius igitur ὅλην omittendum erat.

B. Ὑπό, c. acc. coniunctum,

I. 1) *Locum* significat, *sub quem* aliquid movetur; qua de causa plerumque e verbis movendi suspenditur, rarius ex aliis idque ita, ut aliqua movendi notio cogitetur („подъ" c. acc.). Est ubi etiam „in" c. acc. interpretari liceat, ubi de motu, in interiora alicuius rei directo, agitur, ut in P. 199: nam si quid in inani re versatur, sub eius tecto saltem est.

N. 192 ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν τάρταρον, i. e. sub ipsum Tartarum scrutando pervenire volunt. 1300 κεντῶν ὑπὸ τὸν πρωκτόν σε.

P. 199 ὑπ' αὐτὸν—τοὐρανοῦ τὸν κύτταρον, sc. ἐξῳκισμένοι εἰσίν, i. e. εἰς τὰ ἔσχατα καὶ ἀπόκρυφα μέρη ἀπεληλύθασι τοῦ οὐρανοῦ (Schol. V). 722 ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνός, quem versum ex Euripidis Bellerophonte desumptum esse auctor est scholiasta. Hic tamen profecto ὑπό non proprio sensu accipiendum est, non enim sub curru equus versatur, sed eodem modo dictum est, quo de motu, ad locum editiorem directo, usurpatur; cf. Aesch. Ag. 985. Prom. 465.

L. 428 ὑποβαλόντες τοὺς μοχλοὺς ὑπὸ τὰς πύλας.

Th. 133 ὑπὸ τὴν ἕδραν αὐτὴν ὑπῆλθε γάργαλος.

Ec. 496 δεῦρ' ὑπὸ σκιὰς ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον, ut recte videtur Velsenus scripsisse pro ἐπὶ σκιᾶς (R Γ N) et ἐπὶ σκιᾶ (B) codicum, usus Bachmanni coniectura ὑπὸ σκιαῖς (p. 67), quod nullo modo ferendum puto.

Pl. 735 ὑπὸ τὴν φοινικίδ' ὑποδύντε.

2) Semel hac praepositione, cum acc. coniuncta, res indicatur, *sub qua* aliquid versatur, ut acc. dativi loco positus esse videatur; qui usus, poeticae dictionis praecipue proprius, hic locutione sermone trita excusatur.

Th. 500 ἡ γυνὴ δεικνῦσα τἀνδρὶ τοὔγκυκλον οἷόν γ' ὑπ' αὐγάς ἐστιν „quam pulchrum sit ad lucem" (ad verbum „sub radiis"), ut Bachmannus (p. 25) emendavit codicum lectionem, metro adversantem, ὑπ' αὐγὰς οἷόν ἐστι. Quam coniecturam improbat Weckleinius (Phil. Anz. v. X, p. 166), quod in locis, a Bachmanno collatis, non γέ solum, sed γέ τοι legatur; ipse proponit ἰδεῖν ὑπ' αὐγὰς οἷον.

II. *Temporali* sensu ὑπό, ut „sub" Latinorum, de ea re dicitur, quae aliam paulo praecedit („подъ, около"). (Miror Bachmannum, p. 26 hunc usum ab Aristophane omnino abiudicantem).

A. 139 εἰ μὴ κατένιψε χιόνι τὴν Θρᾴκην ὅλην καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξ' ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον, ὅτ' ἐνθαδὶ Θέογνις ἠγωνίζετο. 1076 ὑπὸ τοὺς Χόας—καὶ Χύτρους—ἐμβαλεῖν.

III. Denique, semel invenimus adverbialem locutionem ὑπό τι: „paululum".

V. 1290 ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα.

C. Ὑπό, c. dat. coniunctum,

eam rem significat, *sub qua* aliquid versatur vel fit („подъ" c. praepositionali casu). Semel (Ec. 87) praepositionem ea vi invenimus dictam, ut rem eminentem indicet, ad cuius radices aliquid situm est. (Similiter nos dicimus „подъ горой").

N. 1005 ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξει.

V. 108 ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ἀναπεπλασμένος. 386 θεῖναί μ' ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις.

Av. 615 ὑπὸ θάμνοις καὶ πρινιδίοις οἰκήσουσιν. 1608 ὑπὸ ταῖς νεφέλαισιν ἐγκεκρυμμένοι.

Th. 529 ὑπὸ λίθῳ — παντί που χρὴ μὴ δάκῃ ῥήτωρ ἀθρεῖν. 562 ὑπὸ τῇ πυέλῳ κατώρυξεν.

Ec. 87 καταλαβεῖν ἕδρας ὑπὸ τῷ λίθῳ.

Fr. 44, 2 δύ' ὀβολὼ καὶ σύμβολον ὑπὸ τῷ 'πικλίντρῳ, quod unde pendeat, incertum est; v. Kock.

M E T A.

Μετά genetivo iungitur apud Ar. 82, accusativo 33, dativo 3 locis.

A. Μετά, c. gen. coniunctum,

coniunctionem personarum inter se vel cum rebus significat („cum", „съ"). Idem, ut supra diximus, praepositione σύν designatur, non ita magno intercedente discrimine: nam quod Mommsenus (p. 55) de differentia harum particularum apud Homerum observavit, rem personamve, per σύν alteri additam, rarius parem aut ambitu numerove maiorem fingi, id quod apud μετά usu ve-

niat, sed pro secundario atque etiam saepe plane pro additamento accipi, idem in Ar. quoque cadit: σύν enim personam et maioris et minoris momenti indicat, μετά aut parem, aut graviorem; res apud σύν secundas partes agit, apud μετά aut pari momento est, aut leviore (V. 349). — Μετά plerumque personis iungitur (73 locis), multo rarius rebus (8 locis) et abstractis (1 loco). Cf. Mommsen. p. 45. De rebus et abstractis illud notatu dignum est, μετά iis non adiungi in senariis nisi duobus locis (fr. 245 et 473), tragicum colorem habentibus. Sequitur, Aristophanem a quotidiano sermone alienum putasse μετά rebus iungere. Personae multo saepius in singulari ponuntur (43 locis), quam in plurali (28 locis); bis plur. cum sing. coniunctus est. Cf. Mommsen. p. 44. Quibus expositis, ad singula veniamus atque prius de *personis*, tum de rebus agamus.

I. 1) Μετά consortium *loci* indicat, i. e. aliquem eodem loco quo alium commorari (a) vel moveri (b) significat. Plurali numero iunctum, praeter „cum", etiam „inter" verti potest, quae est eius vis primitiva (v. Mommsen. p. 43).

a) α) *Sing.* A. 1148 καθεύδειν μετὰ παιδίσκης.

N. 462 τὸν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ ζηλωτότατον βίον ἀνθρώπων διάξεις. Bachmannus (p. 13), mirans, quomodo homo mortalis cum nubibus, i. e. inter nubes, in societate nubium (conf. Av. 753. 155), vitam agere recte dici possit, pro μετ' ἐμοῦ reponit μετὰ νοῦ, id quod ego miror. Obliviscitur enim vir doctus, Aristophanis Nubes non ὁμίχλην καὶ δρόσον καὶ καπνόν esse, sed deas, quae ad homines in terram descendant atque etiam cum hominibus sermocinentur: rectissime igitur homo in earum societate vitam agere dici potest.

P. 1330 μετ' ἐμοῦ—κατακείσει.

L. 904 κατακλίνηθι μετ' ἐμοῦ.

Ec. 243 μετὰ τἀνδρὸς ᾤκησ' ἐν Πυκνί.

Pl. 504 μετὰ σοῦ—σύνεισιν. (Similiter ex verbis, cum praep. σύν compositis, suspenditur μετά etiam in A. 277. 661. E. 229. 597. N. 475. P. 818. 1116. L. 438. 1221. Th. 432. R. 782. 1513. Ec. 1095). 564 κοσμιότης οἰκεῖ μετ' ἐμοῦ. 1081 εἶναι μετ' αὐτῆς.

Huc referendus est locus

Pl. 843 (τὸ τριβώνιον,) ὃ φέρει τὸ μετὰ σοῦ παιδάριον τουτί. Ita Velsenus edidit de Meinekei coniectura (Vind. p. 216), libris praebentibus μετὰ σοῦ τὸ παιδ. Quod cum ferri non possit (nam μετὰ

σοῦ attributum est vocis παιδάριον), probanda est lenissima Meinekei emendatio; v. p. 68.

β) *Plur.:* Av. 34 ἀστοὶ μετ' ἀστῶν, ubi Blaydesius vehementissime errat, cum μετ' ἀστοῖς in senario scribendum conicit. 155 ὁ μετ' ὀρνίθων βίος. 753 μετ' ὀρνίθων διαπλέκειν. 1345 οἰκεῖν μεθ' ὑμῶν.

γ) *Plur. et sing.:* Pl. 383 καθεδούμενον — μετὰ τῶν παιδίων καὶ τῆς γυναικός.

δ) Huc pertinent ea quoque exempla, ubi μετά c. gen., ex verbo εἶναι (γίγνεσθαι) suspensum, „ab aliquo stare" reddi potest.

A. 661 τὸ—εὖ μετ' ἐμοῦ καὶ τὸ δίκαιον ξύμμαχον ἔσται.

P. 765 εἶναι μετ' ἐμοῦ.

Av. 1672 ἣν μεθ' ἡμῶν ᾖς.

L. 141 ἐὰν γένῃ—μετ' ἐμοῦ.

R. 782 μετ' Αἰσχύλου δ' οὐκ ἦσαν ἕτεροι σύμμαχοι.

b) Ex verbis *movendi* suspensum μετά, ut supra diximus, aliquem eodem loco, quo alium, moveri, i. e. aliquem esse comitem alius significat.

α) *Sing.:* Ec. 543 αἱ—Λακωνικαὶ ᾤχοντο μετὰ σοῦ. 1066 χωρεῖς μετὰ ταύτης.

Pl. 231 μετ' ἐμοῦ - εἴσιθι. 823 ἕπου μετ' ἐμοῦ.

β) *Plur.:* V. 320 μεθ' ὑμῶν ἐλθών.

P. 116 ὡς σὺ μετ' ὀρνίθων προλιπὼν ἐμὲ ἐς κόρακας βαδιεῖ μεταμώνιος, de quo loco Herwerdenus miram indignamque viro erudito scripsit notam (Hermae v. 24, p. 613). „In his, inquit, non satis expedio verba μετ' ὀρνίθων, quae cantharum spectare nequeunt, quoniam hic ὄρνεον quidem dici potuit, non vero ὄρνις, uti arbitror, ut de plurali numero taceam, qui tamen in lyrico praesertim carmine fortasse pro singulari adhiberi potuit. Vix autem de avibus in genus dictis verba intellegi possunt, quia aves puellam non deserebant, licet quae alia interpretatio, si verba sana sunt, relinquatur non video [!]. Venit in mentem: ὡς μετεωροπορῶν προλιπὼν ἐμέ." Non vidit igitur vir optimus illa verba cum βαδιεῖ esse coniungenda: Trygaeus enim, per aerem in caelum volaturus, recte dicitur cum avibus proficisci.

Av. 1428 (ἵνα) μετὰ τῶν γεράνων—ἀναχωρῶ. 1686 ἴθι μεθ' ἡμῶν. 1692 οὐκ εἶ μεθ' ἡμῶν;

L. 544 ἐθέλω δ' ἐπὶ πᾶν ἰέναι μετὰ τῶνδε.

Ec. 1143 ἴτω μεθ' ἡμῶν.

Pl. 54 ἦλθε μετὰ νῷν.

2) Eadem praepositio de iis dicitur, qui *laborem* aliquem *ludumve* inter se consociant. Praeter „cum", μετά in huiusmodi locis etiam per „adiuvare aliquem in alqa re" interdum reddi potest, sed nullum invenio exemplum, ubi „alqo adiuvante" praepositio vertenda sit.

a) *Sing.*: A. 141 μετὰ Σιτάλκους ἔπινον.

N. 475 πράγματα—συμβουλευσομένους μετὰ σοῦ. 1006 ἀποθρέξει—μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου.

V. 786 κατ' ἐμαυτὸν κοὐ μεθ' ἑτέρου λήψομαι. 788 δραχμὴν μετ' ἐμοῦ—λαβών. 1269 δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου.

P. 775 μετ' ἐμοῦ—χόρευσον. 818 μετ' ἐμοῦ ξύμπαιζε τὴν ἑορτήν.

Av. 196 ἂν κατοικίζοιμι μετὰ σοῦ τὴν πόλιν. 660 ἵνα παίσωμεν μετ' ἐκείνης. 739 Μοῦσα λοχμαία, — ποικίλη, μεθ' ἧς ἐγὼ — μελέων Πανὶ νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω.

L. 112 ἐθέλοιτ' ἂν — μετ' ἐμοῦ καταλῦσαι τὸν πόλεμον; 438 οὐ ξυναρπάσει μέσην καὶ σὺ μετὰ τούτου; 479 βασανιστέον—σοὶ—μετ' ἐμοῦ. 1221 μετὰ σοῦ ξυνταλαιπωρήσομεν.

Th. 432 μετὰ τῆς γραμματέως συγγράψομαι.

Ec. 849 καχάζων μεθ' ἑτέρου νεανίου. 1095 ξυνεισπεσοῦμαι — μετὰ σοῦ.

Pl. 175 ὁ βελονοπώλης δ' οὐχὶ μετὰ τοῦ Παμφίλου (κλαύσεται); 891 ὡς δὴ—σὺ μετὰ τοῦ μάρτυρος διαρραγείης.

Fr. 81 ἢ δῶρ' αἰτῶν ἀρχὴν πολέμου μετὰ Πεισάνδρου πορίσειεν.

b) *Plur.*: A. 249 θύσαντα μετὰ τῶν οἰκετῶν. 277 ἐὰν μεθ' ἡμῶν ξυμπίῃς.

E. 229 κἀγὼ μετ' αὐτῶν χὠ θεὸς ξυλλήψεται. 590 τοῖς—ἐχθροῖσι μεθ' ἡμῶν στασιάζει. 597 πολλὰ—πράγματα ξυνδιήνεγκαν μεθ' ἡμῶν. 1289 ἐκ ταὐτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου.

V. 692 τῶν ἀρχόντων—τῶν μεθ' ἑαυτοῦ.

P. 783 μετὰ τῶν παίδων χορεῦσαι. 1116 συσπλαγχνεύετε μετὰ νῷν. 1132 διέλκων μετ' ἀνδρῶν ἑταίρων φίλων. 1156 ὡς ἂν ἐμπίῃ μεθ' ἡμῶν.

L. 349 φέρειν ὕδωρ μεθ' ἡμῶν.

R. 697 μεθ' ὑμῶν—ἐναυμάχησαν.

Ec. 123 περιδήσομαι καὐτὴ μεθ' ὑμῶν.

c) *Plur. et sing.*: Pl. 614 εὐωχεῖσθαι μετὰ τῶν παίδων τῆς τε γυναικός.

3) In his omnibus, quos adhuc tractavimus, locis μετά c. gen. ad subiectum referebatur, ut alius eodem loco, quo illud, versari vel idem, quod illud, facere diceretur atque μετά c. gen. fere non differret a καί c. nominativo (dativo in L. 479). Iam veniamus ad eos locos, ubi μετά c. gen. ad *obiectum* pertineat, aliud ei addens obiectum, ut eodem fere sensu καί cum casu obliquo dici possit.

a) *Sing.*: N. 1451 σεαυτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τὸ βάραθρον μετὰ Σωκράτους.

V. 1004 ἄγων μετ' ἐμαυτοῦ (σε).

Av. 658 τούτους ἄγων μετὰ σοῦ.

R. 1513 ξυμποδίσας (αὐτοὺς) μετ' Ἀδειμάντου.

Ec. 1138 ἄγειν σε καὶ τασδὶ μετὰ σοῦ τὰς μείρακας.

b) *Plur.*: V. 1247 Κλειταγόρᾳ τε κἀμοὶ μετὰ Θετταλῶν (scolii initium).

II. Multo rarius μετά *rebus* consociatur, quod ita fit, ut aut personae res addatur (1), aut alii rei (2). In utroque genere addita res pari aut leviore momento fingitur esse.

1) a) Persona cum re aliqua una versatur:

E. 771 (anap.) κατακνησθείην — μετὰ τυροῦ.

b) Persona aliqua re instructa est, quod Ar. aliique participiis ἔχων, φέρων aliis exprimere solent.

V. 349 (anap.) μετὰ χοιρίνης περιελθεῖν, ubi insolentior locutio fortasse eo excusanda est, quod senex, iudiciorum amantissimus, de calculo tanquam de amico loquitur. Cf. v. 99 κημὸς καλός.

c) Personae actio in rem dirigitur.

Ec. 964 (lyr.) πληκτίζεσθαι μετὰ τῆς σῆς πυγῆς „lascivire cum natibus tuis". Cf. A. 661. N. 475. Av. 660. Quem locum, valde ab interpretibus agitatum, omnium optime mihi videtur Faber explanasse: „ait se lasciva manu nates illius pulsare velle: metaphora ab aliis instrumentis, quae plectro pulsantur". (Cf. Vogelreuter. p. 63).

2) a) Res alteri ita additur, ut partem obiecti efficiat.

V. 1057 (anap.) τὰ νοήματα—εἰσβάλλετε – εἰς τὰς κιβωτοὺς μετὰ τῶν μήλων.

P. 1110 (hexam. dact.) ταυτὶ μετὰ τῆς σπονδῆς λαβέ.

Fr. 506, 5 (paeon.) ἠτριαίαν φέρετε—μετὰ κολλάβων.

b) Semel in re dictum est, quae alicui actioni adest, ut μετά c. gen. dativi dynamici qui dicitur (Kr. I, 48, 15) vice fungatur („при, съ").

Fr. 245 μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς ἑρκείου χύτρας, μεθ' ὧν ὁ βωμὸς—ἱδρύθη „quibuscum ara statuta est". Idem in Pl. 1197 solo dativo exprimitur. Hic praepositio fortasse elatiori generi dicendi debetur, quod et numeri tragici docent, et poetica forma Ζηνός. Cf. Bakhuyzen. p. 194.

III. Item semel nexa est praepositio cum *abstracto*, animi motum significante, ad indicandum *modum*, quo aliquid fit, ut μετά c. nomine suo adverbii partes sustineat.

Fr. 473, 2 ἄκουσον—θυμοῦ δίχα καὶ κρῖνον—μὴ μετ' ὀξυρεγμίας, quod non differt ab ἄνευ ὀξ. Ceterum hic locus aut desumptus est e tragoedia aliqua, nunc deperdita, aut certe ad similitudinem sermonis tragici compositus est, id quod et numeri tragici demonstrant, et vox tragica δίχα; cf. Bachmann. p. 109.

IV. Restat unus locus

R. 414, qui in codicibus ita legitur: ἐγὼ δ' ἀεί πως φιλακόλουθός εἰμι καὶ μετ' αὐτῆς | παίζων χορεύειν βούλομαι, ubi recte Velsenus, Dobraeo auctore, verba μετ' αὐτῆς delevit, quippe quae ex interpretamento, partic. παίζων adscripto, exstitisse videantur atque tetrametrum iambicum efficiant, cui hic nullus locus est.

B. Μετά, c. acc. coniunctum,

ut „post" Latinorum et „послѣ" nostrum, duplici ratione dicitur, cum aut temporis vel enumerationis ordinem (1), aut dignitatis gradum (2) significat.

1) De *tempore* vel *enumeratione* dictum, plerumque in locutionibus μετὰ ταῦτα et μετὰ τοῦτο reperitur, de quibus recte observavit Reisigius (Coni. p. 222) et Fritzscheus (ad Th. 655), μετὰ ταῦτα de temporis consecutione dici in universum, non ad unam rem et singularem referri, ut aut simpliciter valeat „postea", aut complura antecessise indicio sit; formula autem μετὰ τοῦτο id unum, quod proxime antecedat, designari.

μετὰ ταῦτα: E. 135 μετὰ—ταῦτ' ἀπόλλυται.

N. 60 μετὰ ταῦτα—περὶ τοὐνόματος—ἐλοιδορούμεθα.

P. 72 μετὰ ταῦτα—εἰσήγαγε—κάνθαρόν. 900 τρίτῃ—μετὰ ταῦθ' ἱπποδρομίαν ἄξετε.

Av. 713 μετὰ ταῦτα φανείς.

L. 525 μετὰ ταῦθ' ἡμῖν—ἔδοξεν.

Ec. 914 καὶ τἄλλα μ' οὐδὲν τὰ μετὰ ταῦτα δεῖ λέγειν. Ita hunc versum scripsit Velsenus, Dobraeum secutus, ut versui 920 conveniret. Libri exhibent: καὶ τἄλλ' οὐδὲν μετὰ ταῦτα (με ταῦτα N) δεῖ λέγειν. Alii alia tentarunt.

Pl. 707 μετὰ ταῦτ'—ἐνεκαλυψάμην. 883 μετὰ ταῦτ' ἧσθ' ἄθλιος.

μετὰ τοῦτο: V. 120 μετὰ τοῦτ' ἐκορυβάντιζε. 1021 μετὰ τοῦτο—κινδυνεύων.

Av. 811 θῦσαι μετὰ τοῦτο.

Th. 631 τί δὲ μετὰ τοῦτο δεύτερον; 655 μετὰ τοῦτο—χρὴ—ζητεῖν.

R. 143 μετὰ τοῦτ' ὄφεις—ὄψει. 1026 εἶτα διδάξας Πέρσας μετὰ τοῦτο, de quo loco vide Fritzscheum ad Th. 655.

Ec. 427 μετὰ τοῦτο—εὐπρεπὴς νεανίας—ἀνεπήδησε.

Pl. 678 μετὰ τοῦτο—περιῆλθε τοὺς βωμούς. 697 μετὰ τοῦτο δ' ἤδη καὶ γέλοιον δῆτά τι ἐποίησα. 727 μετὰ τοῦτο τῷ Πλούτωνι παρεκαθέζετο.

Aliae locutiones:

E. 132 μετὰ τοῦτον αὖθις προβατοπώλης δεύτερος.

N. 30 ἀτὰρ τί χρέος ἔβα με μετὰ τὸν Πασίαν; 1131 πέμπτη, τετράς, τρίτη, μετὰ ταύτην δευτέρα. 1134 εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ' ἕνη τε καὶ νέα.

V. 1037 μετ' αὐτὸν τοῖς ἠπιάλοις ἐπιχειρῆσαι, ut recte Bentleius emendavit codicum scripturam μετ' αὐτοῦ. 1243 μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης—δέξεται.

P. 665 ἐλθοῦσα—μετὰ τὰν Πύλῳ.

Av. 1499 σμικρόν τι μετὰ μεσημβρίαν.

Th. 440 εἰ λέγοι μετ' αὐτήν. Codices παρ' αὐτῆς, quod cum ferri non possit, ab aliis in παρ' αὐτήν mutatur, quod item sensu caret, a Bachmanno (p. 15) in μετ' αὐτήν, quod saltem sententiae convenit.

Ec. 408 μετὰ τοῦτον Εὐαίων—παρῆλθε.

Pl. 930 ἀποδύομαι μεθ' ἡμέραν, ubi schol. annotant: ἀντὶ τοῦ ἐν ἡμέρᾳ. 'Αττικὸν δὲ τὸ σχῆμα· μεθ' ἡμέραν γάρ φασιν, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ. Itaque, ut ἀφ' ἑσπέρας proprie valet „ab ineunte vespere", ita μεθ' ἡμέραν „post initium diei", i. e. „interdiu".

2) Alterius usus, quo gradus dignitatis alio inferior significatur, duo exempla inveniuntur apud Ar., in quibus praepositio e superlativo adiectivi vel adverbii suspensa est.

E. 765 γεγένημαι βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα κτλ.

Pl. 251 ὃν ἐγὼ φιλῶ μάλιστα μετὰ σέ.

C. Μετά, c. dat. coniunctum,

poetica constructio est, qua de causa apud Ar. nisi in lyricis partibus idque rarissime non invenitur. Copulatur autem cum plurali numero animantium, vi particulae „inter" praeditum.

Av. 251 μετ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται.

L. 1283 ὃς μετὰ μαινάσι βακχίσιν—οἰνάσι δαίεται.

R. 336 ἐγκατακρούων—ἁγνὰν ὁσίοις μετὰ μύσταισι χορείαν, ubi μετά a Kockio de coniectura additum est, quod et metro et sensu postulatur. Vide eius ann.

ΑΜΦΙ.

Haec particula prorsus extra Atticorum usum fuit, poetis usitatissima. Nam in titulis Atticis, nisi metro ligatis, non invenitur; apud oratores omnino nusquam legitur; apud Thucydidem bis tantum reperitur idque in locutionibus οἱ ἀμφί τινα (8, 65, 1) et τὰ ἀμφί τι (7, 40, 2); etiam apud Platonem fere in eadem una locutione οἱ ἀμφί τινα legitur. Solus Xenophon, ut solet, ab Atticorum consuetudine recedit frequentissimeque hac voce utitur. Apud comicos ἀμφί bis in fragmentis comoediae mediae occurrit: Philetaeri 3, 300 (1), quod fragmentum et pessime corruptum est neque senarius esse potest, et Axionici 3, 532 (1,15) in cantico, ubi „fortasse tragici poetae subest sive irrisio sive imitatio". Atque, ut ad Aristophanem tandem veniamus, is ἀμφί non admittit, nisi ubi elatiore genere dicendi utitur: semel in senario (A. 1072), qui „sine dubio tragici cuiusdam, fortasse Euripidis" est (cf. Bakhuyzen. p. 25), quater in canticis. Cui praepositioni accusativum ter aut quater adiunxit poeta, dativum semel, genetivum nusquam.

A. 'Αμφί, c. acc. coniunctum,

1) ut περί c. acc., *locum* significat, *circum* quem vel *circa* quem aliquid fit.

A. 1072 τίς ἀμφὶ χαλκοφάλαρα δώματα κτυπεῖ;

L. 1257 (chorus Laconum) πολὺς δ' ἀμφὶ τὰς γένυας ἀφρὸς ἤνσει.

2) Sensu *tralato* („de" vel „ad honorem") bis de deo dictum est, qui carmine celebratur.

N. 595 ἀμφί μοι αὖτε, Φοῖβ' ἄναξ, quod est notissimum dithyramborum initium. Sed accusativus deest. Quare admodum verisimilis est Bergkii coniectura, αὖτε in αὖ σε mutantis. Verbum autem (veluti ἀείδειν) auditur.

R. 215 ἣν (=ἀοιδὰν) ἀμφὶ Νυσήιον—Διώνυσον—ἰαχήσαμεν.

B. 'Αμφί, c. dat. coniunctum,

locali sensu idem fere, quod ἀμφί c. acc., valet, non satis manifesto discrimine. Recta tamen in plurimis tragicorum locis mihi videtur Ellendtii (Lex. Soph. in v. ἀμφί) distinctio, statuentis, dativo *contiguitatem*, accusativo *longinquiorem* paulo *habitum* significari: nam dativus plerumque de homine et corporis partibus dicitur, accusativus de locis. Idem apud Ar. vides in

Th. 995 ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται Κιθαιρώνιος ἠχώ, quem locum compara cum A. 1072.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 5,	v. 8	dele prius 863 ἐν.				
P. 8,	v. 1	»	τῇ			
P. 24,	v. 30	post «ut» adde: Διασίοισ(ι) N. 408. 864,				
P. 35,	v. 5	ab imo pro affere lege afferre				
P. 86,	v. 7	»	»	» πόνον	»	πόνου
P. 129,	v. 15			» Ulyxes	»	Ulixes

I. INDEX PRAEPOSITIONUM.

II. INDEX LOCORUM,

de quibus fusius brevius disputatum est.

III. NUMERI PRAEPOSITIONUM.

	ἐν	εἰς	ἐπί	πρός	ἐκ	παρά	περί	ὑπό	διά	κατά	ἀπό	μετά	ἕνεκα	πρό	ἀντί	ὡς	ὑπέρ	σύν	ἄνευ	ἀνά	ἀμφί	
Ach.	44	29	22	26	31	12	19	22	10	10	6	5	2	3	2	4	5	0	5	1	1	259
Eq.	82	46	30	28	39	7	40	19	11	17	11	8	1	8	6	2	1	0	1	0	0	357
Nub.	40	52	20	39	32	12	18	21	29	21	12	8	10	4	7	2	1	2	1	0	1	332
Vesp	56	48	43	34	18	19	18	15	16	19	23	13	5	5	5	2	4	4	2	0	0	349
Pac.	31	57	21	27	19	11	9	10	10	12	13	13	6	7	2	2	3	2	2	0	0	257
Av.	50	47	47	36	23	47	15	23	18	23	19	16	6	2	2	5	1	1	5	2	0	388
Lys.	38	37	36	30	23	19	21	24	11	6	17	10	4	0	2	2	2	4	3	1	1	291
Th.	32	20	22	25	19	8	9	9	10	11	7	4	5	4	3	6	5	4	0	0	1	204
Ran.	48	51	51	31	24	12	18	11	10	16	11	7	7	3	1	2	2	4	3	5	1	318
Ec.	38	31	33	24	19	21	10	7	9	21	7	12	7	11	5	8	1	0	1	0	0	265
Pl.	31	33	28	24	22	21	11	14	29	6	12	18	6	3	11	8	0	1	0	0	0	278
Fr.	26	34	28	16	14	10	2	3	8	7	9	4	3	1	3	0	0	1	0	0	0	169
	516	485	381	341	282	199	190	178	171	169	147	118	62	51	49	43	25	23	23	9	5	3467

Data occasione rogo lectores, ut duo menda corrigant: p. 109 v. 26 pro numeris 106 et 64 scribant 109 et 62, p. 122 v. 2 pro 142 scribant 143.